

1683.

1. Ansel, Andreas: Rex succedens.
2. Lembke, Jacobus: Programma, quo ad Disputationem
in reg. Balthasaris Heldii iuritat.
3. Lembke, Jacobus: Programma, quo ad Disputationem
in reg. Christiani Huorrei Postlicii iuritat
4. Lembke, Jacobus: De condonatio
- 5^{to} Lembke, Jacobus: De eo, quod iustum est circa
defensionem 13. §. 1. i. iust et ius.
- 5^{to} Lembke, Jacobus: De iure circa thesaurum
acquirendum.
6. Librandus, Franciscus: De liberatione fideiussoris
ante solutionem
7. Librandus, Joh. De capite.
8. Librandus, Franciscus: De viduo.

1684

1. Ansel, Andreas: De collectis
2. Rodewicus, Christophorus: De comitibus conuque
iuribus.

1684.

4. Libandus, Thomas: De protocollo collegiorum
cumque probatione ac fide.

5. Libandus, Thomas: De consensu interinstito
Germ. Inferius - Sigenothumb.

6. Libandus, Thomas: De juramenti relaxatione

1685

1. Lumbler, Jacobus: Omnia prius experta, verba,
quam arvis, sapientem docet.

2. Libandus, Thomas: De irritis sponsalibus, quibus
absque tutorum consensu pupillae sunt irrita
habeantur.

3. Lincius, Ernestus Gerardus: De honoratione loco.

1686

19, b, c, d, e: Feslingius, Thomas: De actione in auri.

Wo nichts ist, da hat der Kaiser sein Recht behalten.

5 Imp. 1686, 1692, 1698, 1723: 1745

1687

1. Klees, Johannes: De actibus criticis seu decretoribus
2. Strander, Johannes: De abusu et modo illius Scantabiniui hodie. ut tabiniui ... Constabularis leg. Officari S. Sed. Sc ingen. m. ammiss. occasione P. 83. Commerciorum. Decretum Imperii 1687.
3. Strander, Johannes: De minimis.
4. Strander, Johannes: De falsis


1688

1. Festinger, Johannes: De artificio advocatorum
2. Festinger, Johannes: De domicilio
3. Lemke, Jacobus: Commemorem errorem jus facere.
4. Paschus, Johannes: De Romanorum sterno.

181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000











715.
F. N. D. N. F. C.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

DIEBUS CRITICIS

SEV

DECRETORIIS,

Von den

Gefahr = Sagen,

QVAM

OCCASIONE ARTICVLORVM 147. ET 149.
CONSTIT. CRIM. CAR. V. QVORVM SIMVL PRA-
CTICAM EXHIBET EVOLVTIONEM.

PRAESIDE

DN. IOHANNE Klein,

I. V. D. PANDECT. P. P. SEREN. PRINC. MEGAP. CON-
SILIARIO INTIMO, NEC NON CANCELLARIAE IVSTITIAE
AC CONSISTORII DVCALIS DIRECTORE

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

DEFENDIT

FRIDERICVS Kresschmar,

EVTRAV. MISN.

EDITIO NOVA

IENAE LITTERIS CRÖKERIANIS.

24

M

1.

1687, 1.

171

eli






PRAEFAMEN
SUMMARI.

- Vulnerans ordinaria homici-
dii pena non tenetur, nisi
vulnus lethale sit num. 1.*
*Vulnerans hoc casu extra ordinem
saltem pro arbitrio Iudicis
juxta qualitatem delicti & per-
sonae puniatur 2.*
*Vulnera non lethifera existente
vulnerato creditur, vel ex ne-
gligentia Medici, vel Chirurgi,
vel ex malo regimine, aut alio
superveniēte symptomate pe-
nisse 3.*
*Opinio sententiarum, vulnera non
dari per se lethalia, damna-
tur 4 & 5.*
*Sententia Iteorum, undenam
vulneris lethalitas conjectu-
randa sit non eadem est omni-
um 6.*
*Alii multum conjecturis tribuunt
7.*
*Alii ex qualitate, quantitate, la-
titudine, longitudine, profun-
ditate, nec non armorum con-
ditione lethalityatem dimetiun-
tur 8.*
*Alios plus certis diebus ac tempo-
ri, ante obitum vulnerati efflu-
xo, dare demonstratur remissi-
vo 9.*
*Proponitur ipsius Disputationis
thema de diebus Criticis 10.*
*Præsumptio lethalitytis primum
ordinarie homicidii poenæ fun-
damentum est 11.*
*Discors notarum Iteorum opinio
circa dierum Criticorum de-
terminationem 12.*
*Ansa de hac quaestione agendi na-
ta est A 2*

4
 1a est occasione Articulorum
 Const. Crim. Car. V. 147 &
 149.

Methodus disponendi hanc mate-
 riam per quatuor capita ex-
 hibetur
 13



- 1
 ralatitium & in vulgus notum
 est: Vulnerantem ordinaria
 legis Corneliae de Siciatis poe-
 na reum haud esse nec de oc-
 ciso teneri, HIPPOLITH. DE
 MARSIL. in *Pract. criminal.* §.
 & quia. n. 20. fol. 517. & 518. BA-
 IARD. ad IVL. CLAR. lib. 5. §. Homicid. n. 44. PLACHA
 l. 1. cap. 13. n. 7. p. 205. *Epit. delict.* GAIL. 2. *observ.* III. n.
 20. *seqq.* MENOCH. de *Arbitrariis Judic. Quest. in lib. 2.*
Casu 274. n. 3. CLARUS lib. 5. §. Homicid. n. 42. p. 395.
- 2
 BOERIUS *Decis.* 323. n. 4. & 7. Sed vel fustigatione,
 vel relegatione, vel alia arbitraria poena extra ordi-
 nem saltem pro arbitrio religiosi ac prudentis Judi-
 cis juxta delicti & personae qualitatem afficiendum
 esse CARPZOV. *Prax. Crim. P. I. quest.* 26. n. 8. *seqq.* ni-
 si iudex de vulneris lethalitate, unde immediate
 mors subsequi poterit, omnino certus sit, *vid. supr.*
alleg. DD. & praeter illos DAN. CLASSEN. in *Commen-*
tar. nuper edito ad CCC. V. Art. 149. *Excell.* STRYCK.
 in *Doctissimo Tractatu: De Jure sensuum c. 1. disp.* 2. n. 20.
- 3
 Vulnere enim nec lethifero existente, vulneratus
 creditur non ex vulnere, sed vel ex negligenter
 Medici, aut Chirurghi adhibita cura, vel ex malo
 ipsiusmet aegroti regimine, vel ex alio quopiam
 post

post vulnerationem superveniente symptomate pe-
 riisse AEGID. BOSS. de *Homicid. n. 115.* BLANC. in
Prax. Crim. in Part. I. defens. §. 115. sic præmissis *n. 68.*
 verficulo secundum caput est. GANDIN. in *Tit. de*
Homicid. n. 24. BONIFAC. de *Vital. in tit. de insult.*
& percuss. n. 31. Quod constans Criminalistarum 4
 assertum sicuti illorum damnat opinionem, qui
 singularitatis studio nulla credunt per se vulnera da-
 ri mortifera, olim jam refutati inque ruborem da-
 ti, a TAGAVT. FALLOP. PARAEO, PIGRAEO,
 HIERONYMO FABRIC. SENERT. SVEVO. SEBIZ.
 HERMANNO. CORBEIO & PAVLO ZACHIA in 5
quest. Medico legalibus lib. 5. Tit. 2. quest. 2. per tot. ita cum 6
 fluxa maxime ac varia sit Jctorum sententia, unde-
 nam potissimum vulneris lethalitas conjecturanda sit.
 FARINAC. *lib. 1. Quest. 127. n. 53. seqq.* MASCARD. de *Pro-7*
bat. Conclusio 1073. n. 8. PETR. THEODOR. *Colleg. Crim. Disput.*
7. Tbes. 1. circa fin. GOMEZ. *Variar. Resol. cap. 3. n. 29.* Aliis
 hic conjecturis & præsumptionibus multum tribuen-
 tibus, aliis ex accepti vulneris qualitate, quantitate, 8
 latitudine, longitudine & profunditate, nec non ar-
 morum conditione ejus lethalitatem dimetienti-
 bus, MASCARD. *diff. concl.* BLANC. & PETR. a
 PLACH. *supr. alleg. loc.* aliis haud parum spatio tem-9
 poris, ante obitum vulnerati effluxo, dantibus BART.
 in *L. fin. n. 13. ff. ad L. Corn. de sic.* CAEPOLL. *Consl. 40.*
n. 18. ANGEL. de *Malefic. in verb. & intervallo n. 3.* du-
 bitandi nonnullis dedit occasionem: An non vul-
 nerato post certos dies, quos vulgo Criticos sive
 Decretorios: Germ. Die Gefahr Tage appellare 10
 A 3 amant

amant, diem suum obeunte, vulnus praesumatur
 lethale, ut id propter vulnerans ad ultimum abs-
 I trahi supplicium mereatur? An vero cessante lethali-
 litatis praesumptione, ceu primo ordinariae homici-
 cidii poenae fundamento vulnerans non de morte,
 sed de vulnere duntaxat defuncti teneatur? Circa
 quam quaestionem, cum in diversa sententiarum
 Jcti abeant divortia, adeo, ut ne quidem concurs
 I 2 circa ipsorum *Dierum Criticorum* determinatio-
 nem notari possit calculus, uti *infra cap. 2.* pluri-
 bus demonstratum ibimus, non ingratum nos Be-
 nevolo Lectori exhibituros officium, aut laterem
 loturos credidimus, si, quid in dubia hac juris con-
 troversia juri ac veritati consonum sit, occasione
 I 3 *articulorum 147. & 149. CCC. Vii.* disputatoria metho-
 do delineatum exhiberemus, inque hoc articulo in-
 genii vires periclitaremur, certissima laetati spe, si
 ex asse candidi Lectoris expectationi adimplenda
 esse haud quiverimus, ipsum tamen hosce conatus
 nostros aequa interpretatione ac candore suo esse
 adiuturum. Cum autem universa tum demum bene
 ac competenter gerantur, si rei principium sit
 decens ac amabile Deo, *Nov. 6. in praefat.* merito sub
 initium nostrae meditationis ad Dei omnipotentis
 adiutorium, praesente divo Justiniano, *in L. Deo*
Autore I. in pr. C. de V. F. E. ceu cujus gratia, favo-
 re ac auxilio omnia conficiuntur, *L. tanta 2. §. omnia.*
igitur l. cod. eod. animum nostrum erigimus, submissis
 I 4 his contententes precibus, ut Spiritus Sancti auram
 operantibus clementer adspirare dignetur, quo er-
 rorum

rorum caute praetervectis scopulum, veritatis portum secundo amne ac vento intrare liceat; ¹⁴ cuius confisi ope, ne hanc nobilem juxta ac practicam juris materiam, tumultuario aut sine omni profus ordine pertractare videamur, quatuor eandem subsequis includere capitulis volupe visum fuit: quorum primum continebit definitionem. I. Nominalem ac Realem Dierum Criticorum seu Decretoriorum, eorumque Synonyma. 2. Exhibebit varias Jctorum opiniones, circa tempus ac intervallum *Dierum Criticorum* 3. Dabit veram de *Diebus Criticis* & in Praxi Criminali receptam sententiam. 4. Formam inquirendi in vulneris lethalitatem a morte vulnerati ad ductum *art. 149. CCC.* Sit ergo B. C. DEO

CAPVT I.

EXHIBENS DEFINITIONEM NOMINALEM AC REALEM DIERVM CRITICORVM, SEV DECRETORIORVM, VVLGO der Gefahr-Tage, VNA CVM EORVM SYNONYMIS.

S V M M A R I A.

Ingressus	num. 1.	exponunt	4 & 6.
Rerum quidem potior, verborum tamen prior, tam apud Philosophos, quam Jctos esse debet tractatio,	2.	Absurdum est, determinare velle prius, quam terminos intelligere	5.
Leges nostrae Prisciano non subjacent	3.		8.

Quod quomodo intelligendum sit

Quod

Quod probatur simili ab ABC da- riis desumpto	7.	Vnde dicatur Dies Criticus, exhi- bet	27.
Natales vocis diei	9.	Cujus derivationis ratio additur.	28.
Jupiter Romanis Diespiter dici- tur quasi Diei Pater	10.	Germanice dicuntur Urtheilssällige Tage	29.
De computatione Dierum critico- rum agitur per remotionem	12.	Nec non Gefähr. Tage,	30.
Et assertive	16. scil.	Cujus ratio datur,	31.
qua computatur a media no- cte ad mediam noctem sequen- tem		Item Krankheit. Wechsel. Tage	32.
Cujus ratio apponitur	18.	Cujus ratio datur,	33.
Medicis & illorum iudicio in di- judicanda vulneris lethaliitate		Dicuntur etiam Dies decretorii,	34.
multum tribuitur	19.	Cujus ratio datur,	35.
Quos etiam hac in parte merito sequuntur J Cui	20.	Quod probatur a simili, deducto a numeris climactericis	36.
Medici per diem intelligunt tem- pus, quod uno fit celi circum- actu	21.	Fatalis hora nostra Decretoria di- citur	37.
Calculus Dierum criticorum Civi- lis cum calculo medico conve- nit	23.	Dixit & Seneca arma decretoria, que opposuit Iusoritiis	38. & 39.
Secundum effatum Servatoris & Creatoris dies continet	12	Dicuntur etiam Dies Censorii	40.
horas & dividitur in mane,		Cujus ratio apponitur,	41.
Quartum, Meridiem & Occasum	24.	Dies novissimus Judiciarius, dei große Gerichts. Tag des H. Er- zen, etiam Dies Censorius di- citur	42.
& 25.		Quod probat appositae Christianae Inscriptio Verona	43.
Dies dividitur in criticum & Nec criticum	26.	Apponitur definitio dierum Criti- corum	44.

I **V**eram, iudiciorumque praxi receptam, & com-
muni Celeberrimorum Jctor. calculo circa
Dies

Dies Criticos, seu Decretorios illorumque effectum
 comprobata[m] exposituri sententiam, operæ preti-
 um facturi videmur, si, antequam ad definiendam
 eorundem indolem prolabamur, in antecessum
 mentis aciem ad vocum significationem paulisper
 flectamus, probe gnari, rerum quidem potiore[m],
 verborum autem priorem tam apud Philosophos,
 quam Jurisperitos esse solere ac debere tractatio-
 nem. LUDOV. VIV. *si. de Caus. corr. art. SAGITTAR.*
Exercit. 6. Logic. quest. 1. THROMM. in orat. de libertat.
Philosoph. VERULAM. c. 10. Proxm. inst. moral. SCRIBAN.
c. 1. Philosoph. Christianae ZEISOLD. c. 1. parasciev. ad vindic.
præcepta. 3. L. 1. pr. ff. de I. & I. L. . ff. de R. C. l. Labeo
7. §. 2. ff. de supell. Legat. L. 4. §. 2. ff. Quod qui. . . de juris.
L. Non aliter 69. ff. de legat. 3. L. 1. §. licet ff. de Exercit.
act. Quamvis enim Leges nostræ Prisciano & Or-
 bilio, ferulæ sceptrum vibrantibus, non subjaceant,
 ne pestis Grammaticalis in intimos Regiæ Disciplinæ
 serpat aditus; id tamen de critica & nimis anxia ver-
 borum investigatione, quæ Domitiano, qui pro-
 pter molestam vocum indagacionem furiosi nomen
 fertur sortitus, tribuitur, non de usuali earum ex-
 plicatione intelligi oportere adserit OSTERMANN.
Vol. 2. Colleg. Jur. Colon. Disp. 6. th. 1. & Disp. extraord.
4. c. 1. Nam sicuti pueruli A B C darii ante literas
 noscere, quam easdem conjunctas legere, adque
 adeo a primis Elementis ad syllabas transcendere,
 a syllabis ad dictiones demum devenire debent: ita
 cuius rem propositam accuratori mentis statera
 pensituro convenit, vocabulorum ante omnia cu-
 ratam

B

ratam

- ratam habere rationem, præprimis cum absurdum sit, determinare prius velle, quam terminos intelligere. SAM. SCHMID. *L. 1. addit. ad Log. c. 1. ANGEL. Cons. 110. pr. MANTICA de conjecturis ult. Volunt. L. 1. T. 1. n. 1. CARPZOV. Cent. 1. Dec. 10. § 14. n. 6. & FRIDER. de IENA in elegantissima Disput. Juridica de Actionum in Heredes transitione, n. 2.*
- 9 Quod ergo Natales vocis *Diei* attinet, ex Lexicographis non potest non cuius obvium esse, diem a DEO dictum esse, ceu quo motore existit, five *αὐτὸ τὸ θεὸς* SCHARD. in *Lexic. Jurid. verb. Dies* five a Jove, dici, ut putabant, Rectore, qui Græce *Διὸς* appellatur, & Romanis Diespiter, quasi *Diei Patris* IACOB DENZLER. in *Clav. Lat. Lingv. voc. Dies* VARRO. *L. 4. de Lingv. Lat. dicitur.* MATH. MARTIN. *Lexic. Philologic. voc. Dies.* Cum quo convenit illud Horatii *l. 3. od. 2.*

Sæpe Diespiter

Neglectis incesto addidit integrum & *l. 1. od. 34.*

Namque Diespiter

Igni corrusco nubila dividens.

- II Vid. VARRON. *de lingv. latin. p. 19.* & BASIL. FABRUM SORAN. in *Thef. Erudit. Scholast. verb. Dies*, GOTHOF. *ad L. 8. ff. de Feriis lit. H.* Cujus cum varias reperire sit divisiones & significationes, nostro quidem seopo nihil, aut parum sane inservientes, illis huc recensendis lubenti superfedemus animo, Benevolum Lectorem ad *Matthiam Martin. Fabrum: Simon. Schard. Job. Jac. Denzler, Calvinum* aliosque remittentes: 12 Interim pro feliciori præsentis materiae expeditione

ne hic notamus, cum prænoscere juvet, qua Dies Critici computentur ratione, ut firmum post illorum decursum de vulneris qualitate ferri darique Judicium possit, *diem criticum* nobis non denotare (1) illud tempus, quo sol nobis præfens est, ISIDOR. *lib. 3. c. 50. & lib. 5. c. 30.* Nec (2) cum Babylonius computari a solis exortu ad exortum, MARTIN. *in Lexic. Philolog. d. l.* nec (3) cum Umbrisa meridie ad meridiem. MACROB. *Saturnal. L. 1. c. 3.* nec (4) cum Atheniensibus & aliis ab occasu ad occasum, sicuti ex VARONE refert SCHARDIUS *supr. alleg. loc.* GOTHOFRED. *ad l. 8. ff. de feriis lit. K. junct.* PLIN. GELL. MACROB. & CENSORIN. SCALIG. *lib. 1. de Emend. tem- por.* Sed cum Ægyptiis & Romanis, ad quos ab illis hic computandi mos translatus est, sicuti ex Plinio docet GOTHOFRED. *proxime alleg. loc. lit. F. & K. Conf.* MARTIN. *d. l.* a media nocte ad mediam noctem sequentem, *per L. 8. ff. de feriis*, ubi disertè docet Paulus, more Romano diem a media nocte incipere & sequentis noctis media parte finiri, ita, ut quicquid in his 24. horis i. e. duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est, perinde sit, quasi quavis hora lucis actum esset. Cum enim præfens noster discursus non minimam partem ad Medicorum forum pertineat, quorum accurato, ex veris medicæ artis, quam profitentur, principiis desumpto iudicio hic multum tribuimus, quosque in dijudicanda vulneris lethalitate JCTi merito sequuntur. PAVL. 20 ZACH. *Quest. Med. leg. L. V. Tit. 2. quest. 5. n. 8. seqq.* Flor. *in L. ait Lex. n. 4. ff. ad L. Aquil.* MARIAN. SO-

- CIN. in *C. Presbyter. n. 8. ante fin. verb. & in hoc autem*
judicio meo. CORNEL. Consil. 273. IACOB. AYRER. in
Tractat. de homicid. P. 2. n. 57. MASC. de Prob. Vol. 2.
Concl. 1073. n. 6. & 10. & concl. 1038. n. 2. it. Vol. 3. c. 1175.
n. 49. FARINAC. d. l. q. 127. n. 49. MENOCH. de A.
J. Q. cas. 275. n. 1. vers. verum ut D. STRYCK. in doctiss.
Tract. de Jure Sensuum Disp. 1. c. 2. n. 20. RÜTGER.
- 21 RULAND. de *comm. P. lib. 4. c. 15. n. 14.* Illi vero
 circa morborum qualitatem per diem illud tempus
 intelligant, quod uno fit coeli circumactu, quo ve-
 22 rus dies & nox continetur, ut, quando v. g. dici-
 mus, Titium 30. dies vixisse, simul & noctes inclu-
 damus MARTIN. in *Lexic. Philolog. verb. Dies in me-*
dio, nulli dubitavimus, eundem computandi mo-
 rem nostris quoque *Diebus Criticis* adscribere, præ-
 23 primis, cum eundem cum calculo Dierum Civi-
 lium ex assè, ad ductum *L. 8. de feriis* convenire ad-
 vertere licuerit, non ignaris, diem cæteroquin se-
 24 cundum effatum Servatoris nostri *Joan. XI.* Non-
 ne, inquit, duodecim horæ sunt diei? & crea-
 toris Jehovæ *Genes. I.* Lucem a tenebris separ-
 antis, lucemque diem, & tenebras noctem appellan-
 25 tis, denotare tempus a solis ortu ad occasum, cu-
 jus partes Varro numerat: *Mans: Ortum: Meridi-*
em: & Occasum. FABER. in *Lexic. voc. Dies.*
- 26 Ex variis autem dierum divisionibus, quas cumu-
 lant Lexicographi, hanc unicam duntaxat hac vi-
 ce examinare lubet, qua Dies dividitur in *Criticum*
 & *Nec-Criticum*; Cujus utriusque antequam rea-
 lem sistamus definitionem, pauca de origine vocis
 Cri-

Critici & ejus synonymis præfari non abs re esse arbitramur.

Dicitur *Dies Criticus* κριτικός seu κριτικός ἀπὸ τῆς 27
 κριτικῆ, unde descendit κριτικός, judicium, eo quod ex 28
 illorum sententia, qui *Criticos* istiusmodi *Dies* ad-
 mittunt, hisce diebus de morbi ratione judicium
 fieri possit, ita, ut in illis vel mortis, vel salutis, aut
 sanitatis notæ appareant. FAB. voc. *Crisis*. Inde &
 Latine appellantur *Dies Judic.* vid. CALV. *Lexic. Jur.*
 verb. *dies* Germ. *Urtheilsfällige Tage*, darinn man von 29
 der Krankheit urtheilen mag, IACOB. DENZL. voc.
Crit. oder darin sich die Krankheit sonderlich ereignen
 oder merken läßt, FAB. d. l. alias *Gefähr-Tage*, vid.
Class. ad CCC. art. 147. forsitan, quod in illis ultimum vi- 30
 tæ discrimen, aut maximum mortis periculum vul-
 neribus ægro, aut morbis gravato immineat, quod- 31
 que illis diebus superatis periculum omne superasse,
 aut extra omne mortis periculum esse videatur vul- 32
 neratus. Item *Krankheit Wechsel-Tage*: DENZLER. 33
 d. l. eo quod credant, hisce diebus mutari morbi, aut
 vulnerum qualitatem: Appellantur etiam *dies De-*
cretorii. CLASSEN. CALVINUS, DENZLER. & FA- 34
 BER d. l. GALEN. de diebus decretoriis & censoriis c. XI.
 LEONH. FUSCH lib. instit. Medic. Sect. 2. c. 10. ZIERITZ.
 ad CCC. art. 147. in fin. a verbo latino: *Decernere*, eo
 quod *Authore Plinio* Medici hisce diebus *decernant*, 35
 statuantque, quid de ægrotante futurum sit, vide
 PETR. MOSELLAN. in annot. ad A. Gellii Noct. Attic.
 L. 3. c. 10. verb. *pericula quæque vitæ*: *Tage*, die der
 Krankheit einen Ausschlag geben, er fälle auch, wie
 er wol-

er wolle. FABER. VOC. Cernere, qua eadem ratione
 36 FIRMICUS *Lib. 3.* quoque numeros Climactericos,
Decretorios dixit, quod velut decernunt de vita ho-
 minis & in utramque partem statuunt, vel ut ser-
 vetur, vel ut pereat. Cujus huc apponere Verba
 non pigrabimur. Sane extra ceteras Climateras etiam
Septenni anni & novenni per omne vita tempus multiplica-
ta ratione currentes naturali quadam & latente ratione va-
riis hominem periculorum discriminibus semper afficiunt, un-
de annus sexagesimus tertius, quia utriusque numeri summam
pariter excipit, Androdas appellatus est. Novies enim se-
ptem anni, sexaginta tres efficiunt; & rursus septies novem
simili modo 63. annos conficiunt. Quia itaque utriusque nu-
meri cursus in anni equata ratione spatio concurret, grande
semper periculi discrimen imponit: si enim septenni & no-
venni anni, qui hebdomatici a Græcis & eneatici appellantur,
grandia pericula hominibus semper indicunt, quid faci-
ent 63. anni, qui utriusque numeri multiplicatam & invicem
sibi obligatam efficiunt summam. vid. IOH. BAPTIST. in
comm. Epist. Sidon. Appollin. ad Lampridium L. VIII. Huc
 etiam respexisse videtur SENECA, quando *Epist. 102.* fa-
 37 talem & ultimam horam nostram *Decretoriam* appel-
 38 lat, qui & *Decretoria arma* dixit, Lusoriisque oppo-
 39 suit, quod decernant de vita, nec stringant dunta-
 quat & feriant, sicut lusoria, sed facient quoque &
 perimant. Hujus porro appellationis *συνέλευσις* est;
 40 quod & *Dies* audiant *Censorii*, GALEN. *cap. XI. de*
Diebus decretoriis s. censoriis, eo quod Medici *consere*,
 41 ac arbitrari soleant hisce diebus, num ægrotans mor-
 bi vulnerumque periculum superaturus, an vero ex
 vul-

vulnere moriturus sit? sicuti in simili *Dies Censorius* denotat ultimum & *Decretorium Diem* den großen Gerichts-Tag des Herrn, quo de universo hominum genere iudicium Christus Dominus faciet. vid. CAROL. DU FRESNE in glossario ad script. med. & infima fin. Latinitat. Verbo: *Censorius Dies*, quorsum pertinet Christiana inscriptio Veronæ.

42

D. M.
FELICIANI. VERONENSIS.

Mibimet. Felicianus. Veronens.

Sacrum. Const.

Qui. inquietus. virus.

Nunc. tandem. mortuus.

Non. lubens. quiesco.

Solus. cur. sim. quoris?

Vt. in. Die. Censorio. sine.

*Impedimento. facilius.
resurgam.*

Quibus præmissis ita describere placet *Dies Criticos, Decretorios, Censorios, seu Judiciarios*; Quod sint certæ Dies, quibus de morbi, vulnere ratione iudicium præcipue ferre Medici possunt, quid de ægrotante futurum sit: unde simul ex natura contrariorum constabit, quinam sint dies *Nec-Critici. arg. pr. De his qui sui, vel alieni juris sunt.*

CA-

CAPVT II.

EXHIBENS VARIAS MEDICORVM AC
ICTORVM OPINIONES CIRCA DIERVM
CRITICORVM INTERVALLVM ET VLTIMVM
TERMINVM.

S V M M A R I A.

<i>Conjectura lethalitys, quae a tempore desumitur, merito magnificanda est,</i>	n. 1.	<i>Absoluntur contra iustitiam fontes</i>	9.
<i>De lethalitys conjecturis agitur remissive</i>	2.	<i>Parcendis improbis bonis sit injuria</i>	10.
<i>Habet haec res multum difficultatis, non minus tamen necessitatis</i>	3.	<i>Non debent delicta manere impunita</i>	11.
<i>Vnde difficultas exoritur exponit</i>	4. & 6.	<i>Nec insontes contra humanitatem ultimo affici debent supplicio.</i>	12.
<i>Propter varia obvenientia symptomata & diversam vulneratorum constitutionem multiplicemque vulnerum differentiam alii aliis citius moriuntur, alii citius convalescant</i>	5.	<i>& subsequ.</i>	
<i>Dissensus hac in re Medicorum unde causam habeat, docet</i>	7.	<i>Vulneratus eodem, quo vulnus accepit die decedens, ex vulnere praesumitur mortuus</i>	14.
<i>Certum diem ponere criticum nonnullis impossibile visum fuit remissive</i>	8.	<i>Idem si intra biduum</i>	15.
<i>Questionis, quae de diebus criticis agit solutio maxime necessaria est</i>	9.	<i>Nec non triduum moriatur</i>	16.
		<i>Quod ipsa approbat natura</i>	17.
		<i>Quod etiam extendit Zachias ad septimum diem</i>	19.
		<i>Cujus ratio apponitur</i>	20.
		<i>Vix dari potest morbus acutus, qui vulnere non ex culpa vulneris superveniat, si tam brevi spatio hominem e medio tollat</i>	18.

De

De breviori Dierum Criticorum termino agitur remissive	21.	Alii Decimum	33.
Maxima Dierum Criticorum incertitudo suboritur circa eorum terminum ad quem	22.	Medicis in hac questione ceu ar- tis peritis credendum	39.
In dubio vulneratus ex vulnere mortuus præsumitur,	23.	Secundum Medicorum assertum ultimus Dies Criticus est Dies quadragessimus	37.
Præmissis si intra modicum temporis fati concesserit	24.	Post quadragessimum ergo Diem mortuus non præsumitur ex vulnere decessisse.	38.
Ex vulnere peritisse non creditur, qui post longum tempus mor- tuus est	25.	Alii diem Criticum ad sexagesi- mum usque extenderunt	39.
Quodnam longum tempus dicatur in hac questione non una omni- um est sententia	27.	Alii ad ultimum octavi Mensis diem	40.
Aliqui tertium diem a tempore vulneris accepti Criticum po- nunt	28.	Alii ad lapsum totius anni	42.
Alii quintum diem	30.	Quod potissimum Longobardi ob- servant	43.
Alii octavum	31.	Alii ad integrum triennium	44.
		Certum ac infallibilem Dierum Criticorum ponere terminum impossibile est remissive	ult.

Recte nobis quidam iudicibus monet Paulus I Zachias, Vir de orbe literario egregie meritus, quem omniscium dicere non erubescit HIERONYMUS BARDI in *epist. ad ipsum missa, in Questionibus suis Medico-Legalibus L. V. Tit. 2. quest. 5. n. 1* Conjecturam lethalitatis, quæ a tempore desumitur, præ cæteris omnibus, quas mira diligentia prosecutus est FARINAC. *quest. 127. P. 2. n. 28. seqq.* & BOER. *Decis 323.* MENOCH. *de A. F. Q. Cas. 275.* merito magnificendam esse; At vero parem hu-
C ius

ius rei decisionem habere difficultatem & necessita-
 4 tem: quarum illa oritur ex vulnerum multiplici dif-
 ferentia, varia vulneratorum constitutione ac natu-
 5 ra, & infinitis propemodum vulneribus, extrinsece
 obvenientibus symptomatibus, quorum ob culpam
 aliquando citius vulnerati suum diem obeunt, vel
 6 citius, aut serius, quam sperabatur, pristinae suae fan-
 nitati restituuntur: cui difficultati maximum addit
 momentum mira & incredibilis cum Medicorum,
 7 tum Jctorum in tempore securitatis vulnerum sta-
 biliendo dissidentia: Cujus rei princeps causa est
 8 particularium casuum eventus, quibus observatum
 est, vulnera modo procrastinare, modo accelerare
 mortem, etiamsi unius ejusdemque naturae sint, un-
 de certum pro eorum securitate ponere terminum
 nonnullis impossibile visum fuit, teste ZACHIA
 9 *d. l. n. 2.* Sed tamen hujus difficultatis solutio ma-
 xime videtur necessaria, ne contra justitiam fontes
 absolverentur *arg. L. 3. c. de Episc. aud. parcendoque*
 10 *improbis bonis fieret injuria c. 18. Non frustra c. 23. q.*
 11 *5. & delicta cum insigni Reipublicae incommodo*
manerent impunita L. 51. §. estimatio ff. ad L. Aquil.
 12 vel contra humanitatem insontes ultimo afficeren-
 tur supplicio; quorum utrumque facili eveniret ne-
 13 gotio, ubi cum veritatis praesudicio brevius, vel lon-
 gius temporis spatium constitueretur: quare in hoc
 14 omni elaborabimus molimine, ut si fieri possit, ve-
 ritatem assequamur. Sicut autem extra omnem
 dubietatis aleam positum rentur & omnino proce-
 dere ex communi Medicorum ac Jctorum calculo
 autu-

autumant. FARINAC. *Consil. Crim. 100. n. 16.* ACCVRS.
ad L. Unic. C. de emend. sero. ibidemque Cyn. IOH. FABER.
 BART. BALD. & *consil. 328. V. 2.* LUDOV. BOLO-
 GNET. Vulneratum eodem, quo vulnus accepit
 die, ZACHIAS *in quæst. Medico-legalibus d. 1. n. 13.* Item
 intra biduum IOSEPH MASCARDUS de Probat. *Vol. 15*
3. Concl. 1079. n. 1. & Triduum decedentem, ex vul-
 nere præsumi mortuum, ipsa natura id compro-
 bante, BALDUS *d. consil. 328. V. 2.* ACHARAN. *Consil. 17*
283. n. 3. ALBER. *in L. Item Mela §. Celsus ad L. Aquil.*
 FLORIAN. *in L. Ita vulneratus ff. d. t.* COEPOLL. *Con-*
sil. 61. Vers. item propter brevitatem temporis. ANTON.
de BUTR. in c. 2. de Cleric. percuss. FRANCISC. RIPA
in Tract. de Peste fol. m. 82. n. 185. BOSS. *in Pract. de*
Homicid. n. 15. seqq. cum vix dari possit morbus acu-
 tus, qui vulneri non ex culpa vulneris superveniat,
 si tam brevi spatio hominem e medio tollat ZACHIAS
de Quæst. V. ubi n. 13. non etiam hanc conclusi-
 onem pro verissima recipit, verum etiam eandem
 ampliandam & ad septimum usque diem extendendam
 esse subiecit, eo quod, etiamsi non sit impossibile,
 perdifficile tamen videatur, intra hunc quoque se-
 ptem dierum terminum tam acutum morbum, qui
 non ex vulnere procedat, irrepere, ut intra septi-
 mum non occidat, cum ut plurimum in vulneri-
 bus haud aspèrandis, vel ex se, vel ex arte, & ali-
 quando ex utriusque causa statim in ipsa vulneris
 acceptione, vel paulo post multum sanguinis eva-
 cuetur, ex qua evacuatione non dubium est, retar-
 dari nullo pacto posse qualemcunque imminentem

C 2

acu-

acuti morbi impetum, præcipue si antequam mor-
 21 bus se prodatur, facta illa evacuatio fuerit; Ita cum
 non tam de breviori, de quo videri possunt A.
 GELL. in Noct. Ast. L. 3. c. 10. MACROB. L. 1. in Somn.
 Scipion. c. V. GALEN. de Diebus Criticis c. XI. quam
 longiori Dierum Criticorum termino solliciti simus,
 22 major incertitudo suboritur de termino ad quem
 horum dierum, quo superato ex quorundam sen-
 tentia ex vulnere vulnerato nullum mortis pericu-
 lum imminet, nec, eo vita defuncto, vulnerans
 22 mortis supplicium subire cogitur.

Quemadmodum autem in dubio vulneratus ex
 23 vulnere mortuus præsumitur, IOSEPH. LUDOV.
 Decis. Lucens. 6. Boer. Dec. 323. FRANC. MARC. P. 2.
 quest. 779. GAIL. 2. O. III. HYPPOL. sing. 218. BART.
 24 Consil. 30. Vol. 2. præprimis si intra modicum tempo-
 ris fati concesserit. MENOCH. de A. J. Q. t. 2. Cent. 3.
 Cas. 275. n. 2. et quos ibi plena manu in hanc sen-
 25 tentiam adducit Doctores n. 20. ita e diverso ex vulnere
 periisse in dubio non creditur, qui post longum
 tempus a die illati vulneris ex hac vitæ statione di-
 scessit, BOER. d. quest. 32. n. 18. ABBAS in c. significa-
 sti n. 25. de homicidio. BALD. Consil. 328. Column. 1. vers.
 si vero quis lib. 2. MENOCH. d. l. n. 7. FARINAC. quest.
 127. n. 31. GARD. ZABAREL. n. 1. vers. Nota, quod ex
 26 Consil. 2. n. 8. COEPOLL. Consil. 40. n. 18. qua in re
 quamvis plerique Criminalistarum conveniant, tan-
 27 tum tamen abest, ut quod in proposito tempus lon-
 gum dicatur, pari calculo aperiant, ut potius inter
 tot

tot discrepantes opiniones nullam firmam ac certam eligere detur sententiam, FARINAC. *d. l. n. 31. & 34. in fin.* Enimvero aliqui vulnerato *Tertium Di-* 28
em ponunt Criticum, intra quem mortuum sicuti *per supra dicta* ex vulnere diem suum obiisse credunt, ita post illius decursum extinctum, vel ex malo regimine, vel negligentis, aut imperiti Medici culpa, vel alio symptomate animam efflasse arbitramur, quorum sententiam refert CARPZOV. *Pr. Crim. quest. 26. n. 9.* MENOCH. *de A. J. Q. Cas. 275. n. 4. vid.* FLO-
 RIAN. *in L. ait. Lex n. 3. vers. advertendum tamen ff. ad L. Aquil.* BART. *in Tr. de Percuss. n. 2.* MARIAN. SO-
 CIN. *in cap. Presbyterum n. 8. post princ. X. de homicid.* CUMANN. *Cons. 138. Column. i.* BLANC. *in Pr. Crim. P. 1. Defensionis §. 115. sic premissis n. 68.* PLACH. *in Epit. delict. L. 1. c. 13. n. 22. pr.* IAC. AYRER *in Tr. de homicidio P. 2. n. 52. & 53.*

Alii neglecto *tertio die*, ANGEL. *in L. Un. C. De* 30
emend. servor. BALD. *in L. ait. lex ff. ad L. Aquil. pr. ibi-*
que FLORIAN. *n. 3. & FULGOS. n. 2.* BOLOGNIN.
Cons. 5. per tot. Quintum Diem *ceu Decretorium* attendi
 volunt, ut post illum mortuo vulnerato, vulnerans
 extra capitis periculum sit, non, nisi de vulnere
 conveniendus. MENOCH. *d. l. n. 2.* PROSPER. FA-
 RINAC. *q. 127. n. 37.* CARPZOV. *d. l. BOER. Decis. 323.*
sub num. XI. IAC. AYRER. *de Tr. P. 2. n. 59.* *Alii Octa-* 31
vum demum *Diem* infallibilem salutis, aut imminen-
 tis mortis notam vulnerato afferre autumant, ut eo
 exacto vulnerans non habeat, cur capitalem Legis
 Corneliae de Sicariis sententiam tremebundus me-
 tuat

tuat, siquidem post octavi diei lapsum vulneratus non ex vulnere decessisse præsumatur, cui opinioni patrocinantur. SOC. in *Consil.* 198. *Column.* 1. *versic. tertio*, hoc videtur probare, *libr.* 2. & ab eo citati Doctores. COEPOLL. *Conf.* 40. n. 19. *vers.* quedam jura dicere videntur. *vid.* FARINAC. d. 9. 127. n. 39.

- 32 Alii rejecto etiam octavo die MARSIL. in l. fin. n. 57. ad L. *Cornel. de Sicar.* & in *Pract. Crim.* §. quia n. 16. *juncto Consilio* 7. post n. 12. FLORIAN. in L. *ait Lex.* n. 3. ff. ad *Leg. Aquil.* MARIAN. SOCIN. in cap. 8. X. de *homicid.* in pr. BOLOGN. *Conf.* 6. n. 2. BOER. d. *Dec.* 323. n. 11. CARRER. in *Pr. Crim.* in *tertio Tr. de homicid.* §. 11. n. 10. folio *mibi* 180. ARETIN. *Conf. Crim. Divers.* 58. n. 11. Tom. 3. *ultimum Dierum Criticorum terminum*
- 33 statuunt *Diem Decimum*, *vid.* DAN. CLASSEN. in *Comment.* ad *Const. Crim. art.* 147. *ubi pr.* hæc leguntur verba: *Quædam apud vulgus hominum enata est opinio ac si vulnerato post decimum diem supervivente, vulnerans nec pro homicida haberi, nec capitaliter puniri possit, ideo quod Vulnerans post Dies Decretorios, seu Criticos, die Gefähr. Tage, ut vocant, supervixerit.*

- 35 Ab hac sententia divortium faciunt ANGEL. in *L. unic. C. de emend. serv.* AUGUST. in *Addit. ad ANG.* quem sequitur SOCIN. in *c. Presbyterum de homicid.* GAIL. 2. *Obs.* III. n. 23. & hunc MATH. STEPH. in *Comment.* CCC. *art.* 147. in *sine* statuentes, cum ex com-
- 36 muni Medicorum asserto, quibus in judicanda vulneris lethali- tate, ceu hujus artis, quam edocti profiterentur, peritis artificibus L. *Semel 6. C. De re milit.*

Se-

Septimo 12. ff de stat. hom. arg. L. 1. §. 1. ff. de Ventr. in-
 spm. L. 12. Nemini §. 1. C. de Advocat. divers. Jud. C. Fra-
 ternitatis De frigidis c. qui judicante X. De Prescript. omni-
 no fides habenda est, BARTOL. in ff. Proxm. n. 8. spec.
 Tit. De Probat. §. fin. n. 25. GAIL. 2. O. III. n. 8. seqq.
 BOER. in saepe citata Dec. 323. n. 2. MENOCH. De A. F.
 Q. cas. 275. n. 21. STRYK. De Jure sens. cap. 2. Diff. 1. 37
 vid. supra cap. 1. n. 19. Vltimus Dies Criticus Vulne-
 rum secundum n. 37. formam acutorum morbo-
 rum sit Dies Quadragesimus, MARCELL. DONAT.
 sua historia Med. mirab. L. V. c. 4. GUIDO de GAULI-
 ACO in sua chirurgia Tit. de Vulneribus & solut. continu-
 atis cap. 1. fol. 7. in pr. referente BOERIO. d. l. n. 13. &
 PROSPE. FARINAC. quest. 127. n. 47. seq. ZACHIAS 38
 supr. all. loc. n. 5. post Quadragesimum a vulneris acce-
 pti tempore Diem mortuum non praesumi ex vul-
 nere decessisse: Cui opinioni praeter supra allegatos
 Doctores adstipulantur CORNEL. Conf. 194. n. 1. column. 1.
 COEPOLL. Conf. 28. n. 17. GRAMMAT. Conf. 49. n.
 versic. imo secundum Judicium Medicorum BLANCH. in
 Pr. Crim. n. 1. fol. 136. RIMINALD. Sen. conf. 251. n. 2.
 lib. 2. BLANCH. in epist. Delict. L. 1. c. 13. p. 216. alique
 quorum integrum catalogum contexit FARINAC. saepe cit.
 l. n. 46. Quo in communi Medicorum judicio, 39
 quamvis videri possit fuisse acquiescendum, tan-
 tum tamen abest, ut omnes mortis periculum hoc
 critico die terminari voluerint, ut potius alii hunc
 terminum ad sexagesimum usque Diem extenderint, ut
 intra illum mortuus adhuc ex vulnere periisse cre-
 datur. vid. FARINAC. d. l. n. 45. BLANCH. in. Epist.
 delict.

- delict. lib. 1. c. 13. n. 32. in fin. pr. fol. 216. CARPZ. Pr. Crim. P.*
 401. *quæst. 29. n. 16.* Imo alii nec hoc quidem termino contenti fuerint, sed ulterius progressi *criticum diem* posuerint *ultimum octavi mensis diem* a tempore accepti vulneris. Quorum antesignanum IOHANNEM. de ANAN. *in c. 2. de Cleric. percuss.* quem sequitur BARTOLUS *in Tr. de Percuss. n. 2.* MARSIL. *in fin. n. 57. ff. ad L. Corn. de scar.* FLORIAN. *in L. ait lex. ff. ad L. Aquil.* CORNEL. *Conf. 164. n. 16. & 8.* BOLOGNIN. *Conf. 5. n. 5.* COEPOLL. *Conf. 40. n. 19.* aliique a FARINACIO plena manu citati.
- 41 Alii rejecta hac sententia, quæ nec SALYCETO *in L. 1. in fin. C. De emend. servor.* BOERIO *Dec. 323. n. 11.* MASCARD. *De Prob. Concl. 1073. n. 4.* BAIARD. *ad*
 42 *Clarum §. Homicidium n. 156. placuit,* totius anni lapsum expectari voluerunt, ut demum post ejus decursum vulnerans extra capitis periculum constituatur, vid. CARPZ. *in Pr. Crim. supr. all. loc. & quos refert FARINAC. sæpiusque citatus* MENOCH: *De A. F. Q. cas. 275. n. 2. & BOER. Dec. 323. n. 11. ubi addit: id teste BARTOLO in Tract. de Percuss. n. 2. in fin.* BLANCH. *in Pr. Crim. in P. 1. Defensionis n. 68. aliisque inibi citatis Doctoribus,* procedere de jure Longobardorum *n. 13.*
- 43 Quibus tandem refragantur alii, præfata tempora nimis angusta putantes & *integrum biennium* constituentes pro critico vulnerum termino, ut refert
 44 *Glossa in verbo de Pulsu C. de emend. servor. & ex illa FARINAC. d. Q. 127. n. 44. ex hocque CARPZ. n. 44. Pr. Crim. P. 1. Q. 26. n. 19. in fin. ut in tanto Jctor. diffensu certam de Dierum Criticorum termino sententiam*

am recte notante ZACHIA, in *Quaest. Med. leg. lib. 5. 25*
tit. 2. quaest. 5. n. 1. & 6. eruere impossibile fit.

CAPVT III.

EXHIBENS VERAM DE DIEBVS CRI-
TICIS INQVE PRAXI CRIMINALI RE-
CEPTAM SENTENTIAM.

SVMMARIA.

Ingressus	num. 1	Modo hoc iudicis arbitrium Me-
Ratio, cur certus vulnerum		dicorum iudicio conforme sit 11
terminus Criticus dari non		Judex legum scientissimus, natu-
possit	2	ram tamen particularium in-
Diversitas vulnerum alium atque		dividuorum, cujus respectus
alium terminum sibi postulat	3	in sententia super vulnere lo-
Si certo constat, vulneratum ex		thabitate ferenda omnino ha-
vulnere decessisse, non attendi-		bendus est, nunquam ut Me-
tur criticus dierum terminus	5	dicus callere potest 12
Imo ne quidem mali regiminis		Cujus ratio additur in 13
ratio haberetur	6	Inspectio cadaveris occisi negle-
Si certo constat, vulneratum ex		ctis requisitis articuli 149. C.
vulnere non fuisse mortuum,		G. C. adhibito licet Medico,
vulnerans sine omni temporis		nullam tamen meretur fidem 15
meta saltem de vulnere tene-		Cujus ratio additur 16
tur	7	Deficientibus requisitis formalibus
Si dubium sit, an vulneratus ex		alicujus rei, res ipsa deficit 17
vulnere, an vero ex malo regi-		Quicquid ad solennitatem alicu-
mine & c. mortuus sit, iudicis		jus actus requiritur, id ab a-
arbitrio locus datur, judicare,		ctu dividi nequit 19
an vulnus lethale sit, nec ne	9	Judex, si rite expedita inspectio-
& 10		ne extra quasdam presumptio-
		D 101

nes nondum de lethali- tate certus sit, temporis spa- rium attendere debet	20	Ex praesumptionibus, etiam urgen- tibus & indubitatis, nemo mortis damnandus est	31
Vox aliquandiu & quamdiu non determinant certum temporis momentum	21	Etiamsi mille adsint indicia	32
Jus prudentior lege & superi- or non esse debet	22	Jus nostrum majus facit reo & proclivius est ad absolvendum quam ad condemmandum	33
Rationem, cur Imperator, judi- cem respicere jubens quamdiu vulneratus supervixerit, cer- tum temporis terminum non expresserit, suppeditat	23	Melius est misericordiae quam se- vitiae reddere rationem	34
Hinc determinatio iudicis arbi- trarii relinquatur	24	Favore defensionis in quantum fi- eri potest, iudex pro innocen- tia rei laborare tenetur	36
Terminus acutorum morborum est quadragesimi diei	26	Argumentum a contrariis de- sumum firmiter concludit	38
Post quadragesimum diem in du- bio vulneratus non creditur ex vulnere decessisse	25	Hac regula limitatur	39
Cujus ratio additur	27	Nil interest, occidat quis, an causam mortis prebeat	41
Intra quadragesimum diem mor- tuis non protinus ex vulnere periisse creditur,	28	Dans operam rei illicitae, de even- tu etiam praeter intentionem tenetur	42
Hinc nec vulnerans Homicidii re- us est	29	Limitatio utriusque regule ha- betur	43
Sed extra ordinem puniendus est	30	Quae per accidens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti ad malitiam, nec ad bo- nitatem	ult.

Diximus in fine praecedanei capituli, nequaquam fieri posse, ut certa in ultimo *Dierum Criticorum* termino statuendo in tanta diffi-

dentium copia formari sententia possit. Enimvero² tam multiplicem vulnerum differentiam, tam variam individuorum constitutionem & naturam, & tot infinita propemodum ab extra vulneribus accidentia advertunt Medici, ut, qui unam eandemque in omnibus vulneribus & indifferenter in unoquoque subjecto temporis assignare volet determinationem, morborum vulnerumque varietatem ob plures ab extra accidentes causas eo ipso se ignorare turpiter fateri necesse habeat. Quem enim Medicorum fugit? alium terminum assignandum esse in simplici capitis vulnere, quod solam cutem cum modica cranii læsione violaverit; alium si cranium fissum, aut concussum cerebrum; alium si Meninges, seu cerebri cooperientes membranas lacera-verit; alium si ad cerebri substantiam; alium si ad ventriculos usque & intimiores partes penetraverit; item alium si sinciput; alium vero si occiput læse-rit, cum in illo magis periculosa vulnera sint & breviori tempore occidant, quam in hoc, qua de re egregie disserit prælaudatus ZACHIAS d. *quest. V. n. 10. & quos allegat. Hippocr. de vulnerib. capit. in pr. Amat. Lusit. Curat. Medic. Cent. 6. Cur. ult.* Cui accedit, quod⁵ alium terminum requirant vulnera capitis, alium pectoris, alium viscerum inferiorum, alium magnorum articulorum &c. ut cum hinc in infinitum particularia variari contingat, variari etiam in infinitum hos terminos necesse sit: Ne tamen plane in incerto versari videamur, dubii, quamnam arripe-

D 2 re

re oporteat sententiam, pro feliciori hujus materia evolutione tres formabimus conclusiones.

- 5 Aut n. I. indubium est certoque certius constat, vulneratum ex vulnere decessisse, quo casu, non attento critico dierum termino, vulnerantem judicamus Legis Cornelix de Sicariis reum, ut quod fecit, expectet, per L. 3. de Episc. Aud. FARINAC. *Quæst.* 127. n. 33. BLANC. in *Pr. Crim.* 1. *Defensionis* §. iis sic premissis n. 96. CONRAD. in *Pract.* Rubr. de vulnerantibus n. 16. AEGID. BOSS. in *Tit. de homicid.* n. 115. in *pr.* COEPOLL. *Conf.* 61. n. 33. GVID. PAP. *sing.* 491. PETR. de RAVENNA *sing.* 797. BARTOL. *Conf.* 36. Vol. 2. ARNOLD. REYGER. in *Ihes. locuplet. Voc. Homicidii.* MEYER. in *Coll. 1. Arg. Tit. 8. lib. 48. n. 10.* CARPZ. *Pr. Cr.* 9. 26. n. 26. Vbi addit, quod hoc casu, ne quidem malæ curæ, siue regiminis vulnerati aliarumque qualitatium ac circumstantiarum ratio haberi debeat.
- 6 BAIARD. ad *Jul. Clar. in d. §. Homicid.* n. 157. CARRER. in *Prax. Crim.* n. 3. *Tract. de homicid.* §. 11. n. 9. GAIL. 2. O. 101. n. 20. & seq. ANGEL. de *malefic. in verb.* & ex intervallo n. 12. in *fin. vers.* si autem quis fuit mortifere vulneratus. CLASS. *const. crim. art.* 149.
- 7 II. Aut certo constat, vulneratum ex vulnere non fuisse mortuum; quo casu vulnerans non de occiso, sed falem de vulnere tenetur, sine omni etiam temporis meta FARINAC. *d. l. n. 33.* ubi hunc casum a deo clarum esse asserit, ut nil plane difficultatis habere videatur GANDIN. in *tit. de homicid.* n. 24. in *pr. ff. & vers. si appareat de negligentia* BONIFAC. de VITALIT. in *Tit. de insult. & percuss.* n. 31. SOCIN. in

consil. 129. col. 2. & 3. lib. 2. DEC. Conf. 415. n. 9. lib. 3. vers. finaliter tamen BLANC. in Pr. Crim. 1. P. Defensionis d. §. 68. vers. secundum caput tamen. NIC. BOER. dec. 321. n. 17. & 20. adeoque vulnerans hoc casu gladii poena puniri nequeat. CARPZ. Pr. Crim. d. q. 26. n. 7. in fin. CLASSEN. d. 1.

III. *Aut dubium est, an vulneratus ex vulnere, an 9
vero ex culpa Medici & Chirurgi, malo regimine, aut alio
superveniente symptomate mortuus fuerit? Qui casus,
sicuti majoris momenti & difficultatis esse noscitur,
ita duntaxat ad nostrum propositum pertinet;
Communis hic doctorum sententia est: Omnem 10
hanc rem iudicis arbitrio committi, qui & de vul-
neris lethaliitate & Dierum Criticorum termino judi-
care debeat. ZACHIAS d. 1. n. 8. FARINAC. quest.
127. n. 48. FLORIAN, in L. Ait Lex. n. 4. ff. ad L. Aquil.
MARIAN. SOCIN. in C. Presbyterum n. 8. post. medium
ANTON. de BUTR. in c. 2. n. vers. Hoc credo arbitra-
rium de cleric. percuss. RIMINALD. sen. Conf. 281. n. 2.
L. 2. ubi de communi Praxi testatur PLACH. in Epit.
Delict. L. 1. c. 13. n. 6. ubi hanc sententiam communi Doctorum
consensu receptam esse docet, cui jungi poterit FARINAC.
MENOCH. MASCARD. & BOER. supra cit. locis. Cui II
sententiae & nos nostrum calculum adjicimus, mo-
do arbitrium iudicis non plane liberum sit, sed Me-
dicorum & Chirurgorum, secundum CCC. art. 147.
& 149. hoc casu necessario adhibendorum, iudicio
conforme, vid. FARINAC. d. quest. 127. Quanquam 13
enim iudex legum scientissimus fuerit & exquisite,
quantum ad JCTum pertinet, (verba sunt ZACHIAE,
supr.*

- supr. alleg. loc. n. 9.*) de temporis conditione determinare noverit, naturam tamen particularium individuorum, cujus respectus habendus in sententia, nunquam ut medicus callere poterit. Nam contingit juxta illorum individuorum naturam, mortis, aut salutis, periculi, aut securitatis terminos variari, neque solum corporum particularium naturas, sed partium quoque vulneratarum adhibere in judicio oportet, quod nulla ratione per se judex sine medicorum ope determinare valet. Hos ergo in casu dubio *per verba art. 147. CCC. als das zweiffelich wäre*, judex adhibere debet, secundum formam tamen *in art. 149. CCC.* præscriptam, usque adeo, ut, si neglectis secundum d. Articuli tenorem requisitis, inspectio cadaveris occisi, adhibito licet Medico, expediatur, relationi illorum judex fidem habere non teneatur: Prædicta enim requisita ad formam inspectionis requiruntur, *CARPZ. in Pr. Crim. q. 26. n. 49.* deficientibus autem formalibus alicujus rei requisitis res ipsa deficit, cum forma det esse rei & quicquid ad solennitatem alicujus rei exigitur, id ab actu dividi & separari nequit. *L. cum antiquitas 28. C. de testamentis L. 8. §. 17. de Transact. IASON. in L. 1. n. 25. ff. de lib. & postib. BOER. Dec. 1. n. 44. BALD. in c. 1. col. 1. Tit. de alien. feud. ANDR. TIRAQUELL. de LLbus Connub. gloss. 6. n. 4.* De hisce autem requisitis capite *insequenti* pluribus acturi sumus. Hinc interim solliciti:
- 20 Annon, si rite expedita inspectione, extra conjecturas quasdam & præsumptiones, a Medicis suppedi-

peditatas, iudici, *ne tum quidem de letalitate vulneris certo constare possit, certum temporis spatium eundem advertere oporteat?* Et tempus hic utique in considerationem venire debere, eo minus dubitanti asserere sustinemus calamo, quo evidentius id voluisse videtur gloriosissimæ memoriæ Imperator, Carolus V. *in const. Crim. art. 147.* quando docet: *Vulnerato post aliquot dierum spatium mortuo & dubio incidente, num quid ex vulnere mortuus sit, nec ab utraque parte testimonia producenda, præprimis Chirurgorum & Medicorum perhibentium, qualiter mortuus post vulnerationem se gesserit, & quamdiu vixerit.* Ex quibus verbis (1) liquet, Imperatorem loqui de casu dubio. Vbi nec constat, certo vulneratum ex vulnere decessisse, nec liquido tamen affirmare liceat, eum ex vulnere periisse per verba: *Also daß zweifelich wäre, daß er der geklagten Streich halber gestorben wäre, oder nicht,* adeoque hunc articulum aperte convenire cum proposito nostro casu. (2) De tali casu, quo non statim a vulneris accepti tempore, sed ex interstitio dierum mortuus est vulneratus, per verba: *So einer geschlagen wird, und über etliche Zeit darnach stirbe* (3) Et hoc casu velle, ut in specie testimonia afferantur, quamdiu vulneratus post vulnerationem supervixerit, per verba: *mit Bezugung, wie lange der Verstorbene nach den Streichen gelebet hat:* indicio firmissimo, etiam ex tempore iudicium ferendum esse, nunquid vulneratus ex accepto vulnere mortuus sit nec ne. *vid. DAN. CLASSEN. ad d. art. Const. Crim. verb. Quamdiu post acceptum vul-*

- 21 *vulnus* &c. STEPHAN. *ad Const. Crim. d. art. in fin.*
 Cum autem vox *aliquandiu* & *quandiu* non certum
 aliquod temporis momentum determinet, nec ipse
 etiam Imperator hic nominatim de certo dierum
 termino caveat, æque dubius manet iudex, ad tem-
 pus respicere iussus, quot numero dies pro dijudi-
 canda vulneris lethalitate attendere ipsum oporteat.
- 23 Et sane ubi lex non determinat, nec nostrum est
 determinare, utpote qui lege prudentiores & supe-
 riores esse non debemus. CLASSEN. *in dict. Comm.*
ad Const. Crim. art. 41. p. 83. Bene enim advertit
 DIVUS IMPERATOR, variante in infinitum
 individuorum constitutione, vulnerum qualitate &
 casu ab extra adveniente, variari etiam in infinitum
 vulnerum & lethalitatis terminos, ut omnibus unus
- 24 idemque poni *Dies Criticus* certa arte nequiquam pos-
 sit, ut hinc & dierum consideratio iudicis arbitrio,
 cui in dubio per regulam generalem locus dari de-
 bet, *arg. L. 7. 10. §. de quest.* relinquenda sit confor-
 mando Medicorum relationi, cum certum sit hoc
 iudicium per sæpius dicta potius ad Medicam ar-
 tem, quam legalem pertinere scientiam. FARINAC.
quest. 27. n. 50. p. 302. CLASSEN. *ad CCC. art. 149. p.*
- 25 *644. n. 4.* quod si tamen Conjectura quædam ex
 tempore inter vulnus & mortem desumi possit,
 non usque adeo proterve refragabimur excellentis-
 simo ZACHIAE *in quest. Med. legal. L. 5. Tit. 2. qv. 5.*
- 26 *n. n.* asserenti: Terminum acutorum morborum,
 qui ex communi Medicorum iudicio, *supr. cap. 2. n. O.*
 allato, regulariter est quadragesimus dies in vulne-
 ribus

ribus lethalibus & periculo proximis præ ceteris videri acceptandum. *Conf. HIPPOCRAT. in Coacis lib. de capit. vuln. § 4. popul. ut sc. in dubio tranfacto hoc* 27 termino non præsumatur ex vulnere mortuus vulneratus, cum conjectura, quæ in illo, qui paucis a vulnere diebus decedit, ab evidentia causæ & vulneris, quæ influit in futuram mortem, conjuncta cum sufficientia ejusdem causæ, desumitur, hic deficiat, neque tam prompte influat in mortem, præterquam quod in diuturniori tempore verisimilius sit novam irreplisse causam, quam in breviori, cum & plura ab extra irruant, & ipsi ægrotantes tardio ducti facilius in aliquem labantur errorem, ex quo mortis causa subsequi possit. Hoc tamen ita 28 cum prælaudato ZACHIA accipi nolo, quasi e diverso *intra quadragesimum Diem* mortuus, ex vulnere periisse credatur, sicque vulnerans, qua sicarius mortis supplicium subire cogatur; Enimvero licet 29 quidem ambabus largiamur, vulneratum brevi a vulnere tempore decedentem in dubio potius ex vulnere, quam alia mortuum esse causa per dicta *supr. c. 2. n. 10.* sicque ceteris paribus, mortis damnare posse vulnerantem; attamen id ad quadragesimum usque diem extendi posse, ut infra illum vulnerato vita defuncto ex præsumtionibus saltem & conjecturis quibusdam vulnerans ad capitale trahi possit supplicium, non audemus affirmare, quin potius hoc casu vulnerantem saltem extra ordinem puniendum esse audacter adserimus, quia (1) expediti juris est, quod ad condemnationem in criminali-

- nalibus requirantur probationes luce meridiana clariores, uti loquitur Imperator in notabili *ult. C. de Probationibus L. 14. c. de accusat. inibique BRUNNEMANN. L. 16 c. de Pœnis. AUG. BEROU. conf. 193. Vol. 313. per rot. fol. mibi 545.* (2) hinc nemo ex præsumtionibus quantumcunque urgentibus & indubitatis ad mortis pœnam damnandus *Const. Carol. V. 22. verbis: Es ist auch zu merken, inibique CLASSEN. & MANZ. d. L. ult. & ad illam BRUNNEMANN. in comm. cod. in fin. STRYCK. in elegantiss. tractat. de jure sens. Diff. 1. cap. 3. n. 24. BRONCHORST. cent. 2. miscell. Controvers. assert. 61. IOH. GREVIUS. in Tr. de Tortura lib. 1. c. 4. p. 69. IOH. GRIVELLUS. Decis. Senatus Dolani, 93. fol. 250. FACHIN. L. 1. controvers. cap. 20. HUNN. in Resolut. ad Treut. Vol. 2. D. 31. Th. 5. quest. 34. p. 17. CARPZ. Pr. Crim. P. 1. quest. 15. n. 49. HARPR. in comm. J. ad §. 5. §. 2. J. de Publ. Jud. n. 102.* Etiam si mille adsint indicia. FARINAC. *quest. 68. n. 78. VVESENBEC. variis in locis, sed extra ordinem puniendus sit. MENOCH. l. 1. de Presumpt. 97. n. 23. seqq. & de A. J. Q. Cas. 279. n. 4. GOMEZ. T. 3. Resolut. c. 12. n. 25. TIRAQV. de pœn. empor. conf. 27. FARINAC. d. l. HIPPOL. RIMIN. consult. n. 121. n. 25. lib. 2. CARPZ. P. 1. quest. 26. n. 28. IACOB. BUTRIC. ad. L. fin. C. de Prob. ubi dicit: Quod, ubicunque impossibile est, rem aliter se habere posse, non stetur indicii ac præsumtionibus, ut ex his iudex ad pœnam mortis procedere possit. jung. EMERICUS a ROSBACH. Tit. 5. c. 1. n. 23. p. 526. Process. Crim.* (3) jura nostra in dubio. BRUNNEMANN. ad L. ARRIANUS 47. ff. de O. & A. magis faveant reo & pro-

procliviora sint ad absolvendum, quam ad conde-
mnandum. *ARRIANUS L. 47. ff. de O. & A. & cum* 34
melius sit misericordiam, quam severitatem reddere ratio-
nem *C. allegant 26. quest. fin. & satius nocentem di-* 35
mittere, quam innocentem plectere, *L. Absentem 5.*
ff. de Panis inibique *BRUNNEM. vid. GRAEVAEUS ad*
GAIL. 2. observ. III. n. 3. p. 320. ubi docet: Si dubium
fuerit vulnere se indifferenter cum ad salutem, tum
ad mortem habente, an vulnus lethale fuerit, nec
ne in meliorem partem praesumendum, & ita vul-
nus inflictum pro lethali habendum non esse, *CLAS-*
SEN. supr. alleg. loc. 634. & in terminis CARPZ. P. 1.
q. 26. n. 28. Hisce accedit (4) favor defensionis, 36
qui tantus est, ut etiam iudex in quantum fieri pos-
sit, pro innocentia Rei laborare teneatur. *CARPZ.*
P. 1. q. 33. n. 8.

Cui sententiae non obstat (1) quod *supr. n. 10.* 37
hujus capituli dictum sit: Quod si vulneratus post
quadagesimum moriatur diem in dubio non ex
vulnere praesumatur decessisse, nec propterea mor-
tis reus sit. Ergo e diverso infallibiliter inferendum
sit: Si infra 40. moriatur diem, in dubio praesuma-
tur ex vulnere decessisse, hincque vulnerans capituli
reus sit: argumento a contrariis sumto firmiter
concludente *L. 1. in pr. ff. de off. ejus cui mandat. est ju-*
ris dict. inibique GOTHOF. Lit. C. ANGEL. in §. No- 38
vissime J. d. S. Cri. Orsic. HARPR. ad pr. J. de Hered. que
ab intestat. n. 340. item ad Tit. de auth. Tut. §. 2. n. 11. &
ad §. 11. de Nupt. n. 119. EVERH. a MILDENBURG. in
Loc. arg. Leg. 19. n. 4. Respondendum enim est. Neg.
E 2 con-

- consequentiam. Ad regulam allatam Respondemus
 39 *ex eodem.* EVERARD. *alleg. loc. quod valeat, nisi absurditas juris inde sequatur.* CORAS. *lib. V. Miscell. jur. Civ. c. 9. n. 9.* REGNER. SIXTIN. *Consil. Marburg. 9. n. 84. Vol. 2.* D. MUNDIUS *in comm. de diffamat. c. 2. §. 3. n. 90. seq.* HARPR. *ad §. 3. F. de F. & I. n. 17. & ad Tit. de his qui sui vel alieni Jur. sunt. n. 25.* quam evitare non potest contrarium asserens, cum contra *L. fin. C. de Probat.* teneretur admittere, etiam in criminalibus aliquem ex presumptionibus, quæ probationibus luce meridiana clarioribus opponuntur, ad mortem damnari posse.
- 40 Nec obstat (2) quod vulnerans, vulnerando aliquem, mortis causam præbeat, absque dubio enim, vulnere non inflictio vulneratus neque ex culpa Medici neque malo regimine fuisset mortuus. At nil interfit, occidat quis, an causam mortis præbeat, *L. 41 Nil interest. ff. ad L. Cornel de Sicar.* BRUNN. *d. l. CARP-*
 42 *ZOV. q. 4. n. 9. FARIN. q. 135. CLAR. §. fin q. 68. ANTON. MALTH. ad Tit. ff. ad L. Corn. de Sicar. n. 3. & danti operam rei illicitæ imputari debeat quicquid fuerit præter ejus intentionem ex eo actu secutum. L. Quoniam multa 6 c. ad L. Jul. de Vi publ. inibique Dd. & BRUNNEM. Resp. enim est cum CARPZ. Pr. Crim. q. 26.*
 43 *P. 1. n. 12.º* Hoc verum esse, si mors ex causa immediata sequatur i. e. ut ipse se explicat, ex ipso vulnere immediate non etiam per accidens ex superveniente malo regimine aut culpa, vel negligentia Medici, cum allegati textus tantum procedant, quantum ad subjectum, circa quod versatur ipsa malitia operantis,

tis, & quantum ad ea, quæ objecto per se ac immediate junguntur, aut necessario sequuntur, non autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur, a re illa mala, cui opera datur, quia illa quæ per accidens 44 eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem. COVARR. ad Clem. V. de Homicid. secund. Praelect. in §. 1. n. 1.

CAPVT IV.
EXHIBENS FORMAM INQUIRENDI IN
OCCISI VULNERIS LETHALITATEM,
AD DVCTVM ART. 149. CCC.

S V M M A R I A.

Ingressus	num. 1	judicialis esse desinat?	12
Inspectio cadaveris occisi secundum formam art. 149. const. crim. Car. V. expediri debet	2	Judicialiter & illud fieri dicitur, quod fit auctoritate Iudicis, licet extra iudicii locum	13
Est tante necessitatis, ut illa omisa vel non legitime expedita Iudex ad mortis poenam progredi non possit	3	Secundo ad inspectionis actum requiruntur duo Scabini & Actuarius	14
Verba articuli 149.	6	Solus Iudex absque Scabinis iudicium non constituit	15
Modum inspiciendi Vulneris in compendio exhibet	7	Adeo ut sine illis Iudex ad poenam ordinariam devenire non possit	16
Ad inspectionis actum iudicis praesentia primo opus est	9	Tertio requiruntur Chirurghi & Medici	18
Cujus ratio datur	10 seqq.	Nomine Chirurgorum etiam veniunt Medici	19
Inspectio corporis occisi est pars necessaria inquisitionis	11	Appellatione Chirurgorum an veniant Barbitionsores?	20
An inspectio in aedibus privatis fieri possit & propterea actus ju-			

Affirmat id Carpzovius	21	Ampliatio	45
Negat id Stryckius	22	Limitatio ampliationis	46
Conciliatur apprens horum JC- torum dissensio	23	Consultum est, Medicos prestiti sub officii initium iurijurandi in inspectionis actu admoneri a iudice	47
Chirurgi hodie etiam veniunt no- mine der Barbierer	24	In Praxi Medici non precise ju- rant ante inspectionis actum	48
Debent autem ad minimum duo adhiberi Chirurgi & Medici	25	An autem Medici credulitatis, an vero veritatis praesent jura- mentum, per distinctionem ex- peditur	49
Cujus rationem vide	26	Cujus ratio additur	50
Limitationem vero	27	Sententia juxta Medicorum judi- cium lata, semper retractari potest, nec excludit probatio- nem contrarii	52 seqq.
& Ampliationem	28	Non tamen ultra duas vices judi- ci licebit sententiam retractare	55
Limitationis sublimitationem vi- de	29	Medicos oportet curate cadaver oculi inspicere	56
Si duo adhibiti Medici de quali- tate vulneris dissentiant, peri- toris iudicio standum est 30 seqq.	30	Non permittendum Chirurgis an- te oculi sectionem, stylo vel in- strumento ferreo vulnerum pro- funditatem scrutari	57
Si autem dubium sit, quis illorum doctior?	32 seqq.	Non sufficit sola styli immissio & per illum facta exploratio, sed sectio accedat, necesse est	58
Si Collegium Medicorum dubitet de vulneris lethaltate, ad quod acta sunt transmissa?	34	Ad legitimam inspectionem requi- ritur primo sectio	59
Si plurium Medicorum copia detur, semper iudex caute in- aequalem illorum adhibebit nu- merum	35 seqq.	Secundum vulnerum & qualita- tum exacta consideratio	60
Chirurgi & Medici minus legi- time sine praevio juramento ad- hibentur	38	Expediit aliquando telum, quo vul-	
Ratio hujus sententiae generalis	39		
Et specialis	40		
Limitatur sententia quoad Medi- cos	41		
Etiam quoad Chirurcos	42		
Ratio limitationis	44		

vulnus datum, vulnere appli- care	61	re mandetur, iterum effodi debet	69
Telo, quod vulnere respondet, praesumitur vulnus inflictum	62	Si lethiferis armis caesus in continenti moriatur, neglectaque inspectione inbumetur, nec effodi debet, nec vulnerans ab ordinaria pena liberabitur	70
Tertio, certa assertio vel de lethalitate vel nec-lethalitate vulneris	63		70
Quarto, ratio assertionis	64		70
Testis sine ratione deponens, ut pecus deponit	65	Regula: Ex praesumptionibus neminem mortis dammandum esse limitatur	73
Cadaver occisi inspicere debet ante sepulturam	67	Non est licitum oculari inspectioni renunciare	73
Cujus ratio additur	68	Cujus ratio apponitur num. penult.	73
Si vulneratus post aliquot dies mortuus, sine inspectione ter-		Exitus	ult.

Recordamur praecedenti dictum esse capite: Si iudicium sit, an vulneratus ex inflictio vulnere, nec ne mortuus sit, plurimum tribui arbitrio iudicis conformando Medicorum relationi, ne autem hic iudex incaute impingat in Constitutionem Imperialem, secundum cuius formam inspectio cadaveris occisi & dijudicatio vulneris lethalis expediri ac inspicere debet, non abs re visum est, articulum 149. Constitutionum Crimin. Caroli Vti juxta tenorem originalis textus Germanici. *CLASSEN. Ad Const. Cr. 3. Praem.* huc apponere, practiceque evolvere, praepriis, cum haec inspectio tantae necessitatis sit, ut si ea omissa fuerit, vel non legitime facta, ad poenam ultimam supplicii haud possit deveniri. *STRYCK. in 4. Tr. de jure Sens. Disp. 1. Cap. 3. n. 21. ubi eod. n. 2. ex hacte-*

hactenus dictis infert: Quod, si inspectio quidem instituta, sed remoto Medico aut Chirurgo, aliorum testimonio non credatur, etiamsi vulnus lethale dicant, quia non est legitima facta inspectio, sc. *secundum art. 149. CCC.* juxta cujus tenorem requiritur ante omnia praesentia Medici & Chirurgi, quod tamen limitat *n. 22. & n. 23.* & porro concludit ex *IQ-*

- 5 HANN. BERNHARDIN. MUSCATELL. *Tr. de Cognit. delict.* RUBR. *De Vulnerib. lethalib. n. 16. p. m. 241. 30.* Quod si plane inspectio cadaveris fuit neglecta, poena saltem extraordinaria infligenda sit vulneranti, quia delicti corpus dubium est CARPZ. *Pr. Crim. P. 1. quest. 26. n. 52. & 22.* IODOC. DAMHAUVER. *Pr. Crim. c. 75. n. 1. seqq.* CLAR. *lib. 5. Recept. sent. S. fin. q. 55. n. 11.* Verba textus haec sunt.

6 Und damit dann in obgemeldten Fällen gebührende Ermessung und Erkänntniß solcher unterschiedlichen Verwundung halber nach der Begräbniß des Entleibten desto minder Mangel sey, soll der Richter, samt zweyen Schöppen dem Gerichts-Schreiber, und einem oder mehr Wund-Ärzten (so man die haben und solches geschehen kan) die dann zuvor dazu beediget werden sollen, denselben todten Körper vor der Begräbniß mit Fleiß besichtigen, und dann seine empfangene Wunden, Schläge, Aufwürffe, wie der jedes finden und ermessen würde, mit Fleiß merken und verzeichnen lassen.

- 7 Ex hac Caroli V. Constitutione modus inspiciendi vulnus elucescit, quod videlicet *Personarum deinde & circumstantiarum*, nec non *temporis* sit habenda ratio

ratio. Vid. STRYCK. *supr. alleg. Tract. De Jur. sens. Disp. 1. c. 11. n. 18.*

Inter Personas Inspicientes primo loco ponitur 8
Judex, cum duobus Scabinis & Actuario, per verba:
 So soll der Richter, sambt zweyen Schöpsen, dem Ge-
 richts-Schreiber &c. Judicis itaque necessaria est
 presentia (1) ad evitandam fraudem & subornatio-
 nis suspicionem. BRUNNEM. *Process. Crim. c. 7. §. 19. 9*
 GRAVETTA *Conf. 31. n. 5.* HIERON. SCHVRRF.
Consl. 69. n. 8. Cent. 2. IASON. *in L. omnium 19. C. De*
testamentis n. 15. Ne Medici, aut Chirurghi facta in-
 spectione remoto Judice, in favorem Rei, vel Co-
 gnatorum, aut Familiae occisi deponant STRYCK.
Dict. Tr. De Jure sens. Disp. 1. c. 2. n. 18. BAIARD. *ad*
Clar. in Pract. §. homicidium n. 161. CARPZ. *Pr. Crim. P.*
1. qv. 26. n. 31. (2) Vt Judex, quoniam ex his sen- 10
 tentiam ferre tenetur, eaque reum absolvere, vel
 condemnare, hac omnium commodissima via, si
 ipse inspiciat, de ipso facto accuratissimam conse-
 quatur cognitionem. DN. STRYCKIUS proxime 11
alleg. loc. & (3) quia inspectio corporis occisi est pars
 necessaria inquisitionis: Inquisitio autem actus Ju-
 dicialis, qui non nisi autoritate Judicis absolvetur:
 CARPZ. *d. l. n. 30.* STRYCK. *d. c. 2. n. 18.* Non ob-
 stante, quod inspectio saepe in domo privati & ita
 extra locum judicii peragatur. Resp. enim est: Ju-
 dicialiter & illud dici fieri, quod fit autoritate ju-
 dicis, licet extra judicii locum. CLASSEN. *Ad art.*
149. p. 643. VVES. *Vol. 1. Consl. 28. n. 24. p. 804. Et in*
 F *Comm.*

Comm. ff. Tit. Qui test. fac. possunt. n. 10. IASON. in L. 15. c. de Edendo n. 4. BALDUS in L. illud quod 16. c. De SS. Eccles. n. 5. CARPZ. d. l. n. 30.

- 14 Non solus autem Judex, sed secundo & Duo ad minimum Scabini cum Actuarius inspectionis actui adesse debent: illi, quod solus judex absque scabinis iudicium non constituat. *CLASSEN. d. l. STRYCK. 15 c. 2. d. Tr. n. 18. VVESENENB. ad SCHNEIDEVV. F. Tit. De Test. ord. Rubr. De solenn. test. n. 17. lit. F. CARPZOV. alleg. loc. n. 32. adeo, ut inspectione solo Judice absque Scabinis facta, ad poenam homicidii ordinariam deveniri nequeat; Qualiter responsum est, in Scabinatu Lipsiensi, cujus huc opposuisse verba ex CARPZ. d. l. n. 32. non poenitebit: So mag doch inquisit nach Gelegenheit dieses Falles, weiln mit der Besichtigung, wie sich vermöge Kayser Carls des V. und des H. Reichs Peinlicher Hals-Gerichts-Ordnung gebühret, nicht verfahren, indem nicht zwei Schöppen und Gerichts-Schreiber, sondern allein der Land-Richter darbey gewesen, mit der ordentlichen Straffe, des Todschlages nicht belegt werden &c.*
- 17 Hic vero, quo fideliter consignet vulnera, ictus, aliaque symptomata.
- 18 Tertio ad *Personas insipientes* referuntur *Chirurgi*, sive *Medici*, qui hac in parte confunduntur *L. 1. §. 19 Medicos 3. ff. De extraord. Cognit. GAIL. L. 2. O. III. n. 2. CASP. KLOCK. Vol. 1. Cons. 10. n. 478. STRYCK. d. l. n. 19. CLASSEN, ad art. 137. C. C. C. p. 634. Ratio: Quia*

Quia illorum est, de vulneris qualitate suæ arti conformi ferre iudicium. FOLLER. *in Pr. Crim. in verb. capiat informationem n. 4. 29. & 30.* GANDIN. *in Tit. 20 de homicidio n. 26. in fin.* FULVIUS PACIAN. *L. 1. c. 47. n. 14. fol. 228. De Probat.*

An autem appellatione Chirurgorum *der Wund-Ärzte*, ut loquitur Imperator *in nostro artic. 21* veniant Barbitonfores, *die Barbierer*, disquiritur? Quod affirmat CARPZ. *P. 1. qv. 26. n. 36.* ubi docet: Et horum iudicio de lethalitate vulneris standum esse, cui adstipulantur BOER. *Dec. 323. n. 20.* CARRER. *in Pract. d. §. un. 19.* FARINAC. *qv. 127. n. 105.* illamque communem esse opinionem testatur IUL. CLAR. *in §. homicidium n. 34.* GAIL. *2. O. III. n. 12.* BERZAZ. *Consil. 85. n. 26. in fin.* MASCARD. *de Probat. Concl. 1034. n. 11.* Negat vero Excell. STRYCK. *in Tr. 23 de Jur. sens. c. 2. n. 19.* ubi docet: Non enim nudi Barbitonfores in hoc articulo intelliguntur, sed ejusmodi saltem Chirurghi, qui in anatomia versatissimi constitutionem humani corporis probe norint. Verum nulla inter *Magnif. Dn. STRYCKIUM & CARPZOVIUM* pugna est: Dum enim hic notanter addit: modo sint *periti &* rationem iudicii sui dare queant; ille vero utitur additamento notabili: *Nudi*. Hæc utriusque mens est: quod illi, qui barbam duntaxat radunt, scientiæ anatomicæ imperiti, nec constitutionem humani corporis exacte edocti (quale in Gallia bene multos dari constat, ex illorum præprimis ordine, qui peregrinantibus & aliqua dignitate



tate conspicuis, aut bonis abundantibus hominibus a famulatio esse discipiant) inspectioni adhiberi non possint, nec debeant; bene vero, qui curata anatomiae cognitione, praemuniti ad dijudicandam vul-
 24 nerum qualitatem adhibentur, licet & hi nomine *der Barbierer* hodie veniant, cum ut plurimum simul pecunia conducti tondeant, ac tonstrinam exerceant.

Circa Medicos autem & Chirurgos *primo* no-
 25 tandum: Quod regulariter *ad minimum* duo adhiberi inspectionis actui debeant, HIPPOLIT. de MAR-
 SIL. in *L. fin. n. 60. ff. ad L. CORNEL. de Sicar. GANDIN. supr. c. l. n. 26. in fin. GOMEZ. var. Resol. Tom. 3. c. 3. n. 28. MASCARD. de probat. Concl. 1034. Vol. 2. n. 22. Quia*
 26 duorum iudicium partim exactius, altero forsitan observante, quod alter negligit; partim etiam magis integrum, & ab omni affectu remotum, seu sincerius habetur. CLASSEN. ad *CC. art. 147. p. 634. Quod tamen ipse limitat Imperator in nostro art. 149. modo duorum copia detur, verb: So man die ha-*
 27 *ben und geschehen kan, adeo, ut si in loco, ubi quis vulneratus est, non nisi unicus reperiatur Medicus, vel Chirurgus, sufficiat eum solum adhiberi ad iudicandum & referendum d. art. 149. Einen oder mehr Wund-Ärzte. NIC. BOER. Dec. 323. n. 23. FVLV. PACIANVS. de Probat. lib. 1. c. 47. n. 34. seqq. STRYCK. supr. cit. loc n. 21. ubi addit: Id multo magis obtinere, si sit ejusmodi Medicus, vel Chirurgus, qui propter singularem experientiam & communem civi-*
 um

um curam a Senatu receptus publico salario gaudet, quorum illum Stadt-Physicum, hunc vero 28
 Rahts-Barbierer appellare solemus. *jung. ab eo citatus* GAIL. O. III. n. 6. & proxime allegatus MASCARD. d. l. conf. BART. in L. 1. ff. de Ventr. inspici.

Quod autem de uno Medico, vel Chirurgo 29
 dictum est, id limitat CLASSEN. ad art. 147. CC. Modo hic sui iudicii causas reddere valeat; alias, si adhuc dubitetur; circumstantiæ tamen & qualitates vulneris probe sint annotatæ, oporteat Collegium peritorum Medicorum prius consulere, ut ipsi de vulneris lethaliitate iudicium communi Facultatis suæ suffragio ferant, quod postmodum Iudex in dijudicanda causa criminali tuto sequi potest & debet.

Quid, si tamen duo adhibiti Medici de qualitate vul- 30
 neris dissentiant, cujusnam tunc iudex iudicio stabit? Resp. Standum esse iudicio peritoris. STRYCK. d. l. c. 2. n. 21. Ratio. Quia ubi periti discordant, semper peri- 31
 tiori standum. MASCARD. Vol. 3. Concl. 1175. BALD. in Proem. ff. 2. Column. vers. quid si discordant RVLAND. de Commissar. P. 1. L. 4. c. 15. lit. M. Sed si dubium sit quis illorum majori peritia polleat? BOERIVS putat contra vulnerantem pronunciantum esse, Dec. 323. n. 21. TVSCH. pract. Concl. Tom. 6. Lit. P. Concl. 286. n. 9. CLASSENIUS vero hoc casu vult, relationem 32
 priorum Medicorum ad aliud Collegium Medicorum peritorum transmittendam esse, cujus tunc iu- 34
 dicio iudex stare debet, ad art. CC. 149. p. 645. Cui

& nos accedimus. Sed si & illud dubitet? Hoc casu subscribimus sententiæ CARPZ. *Pr. Crim. Pr. 1. q. 26. n. 28.* statuentis: iudicem magis suæ conscientiæ consulere, si extraordinariam hoc dubio in casu poenam elegerit, *vid. supr. c. 3. n. 10. jung. STRYCK. c. 3. d. Tr. n. 20.* ubi hanc addit cautelam: Ut, si plurimum Medicorum copia haberi posset, iudex inæqualem illorum numerum adhibeat, ubi plurimum
 36 sententiam sequi dabitur. Ratio: Quia imparibus
 37 suffragiis res facilius dijudicatur, *c. 5. si quis Episcopus 6. qv. 4. quam etiam fuisse rationem probabiliter colligit CLASSEN. in Comm. Const. Crim.* cur Imperator Carolus V. in simili iudicium criminale constitui voluerit ex septem Assessoribus in Art. 84. verb. *Wo dann dasselbige Gericht nicht unter sieben.*

38 Deinde circa Medicos & Chirurgoſ observandum est, eos sine prævio juramento minus legitime ad inspectionem vulneris & iudicium desuper ferendum admitti, *per verb. Art. nostri die dann zuvor*
 39 *beeidiget werden sollen,* Ratio generalis est: Quod indubitati juris sit, peritis in unaquaque arte, scientia & disciplina, adeoque in omni negotio, (verba sunt CARPZ. *P. 1. Pr. Crim. qu. 26. n. 38.*) non aliter fides habeatur, quam si sub fide juramenti judicaverint, FELIN. *in cap. quia judicante 9. in pr. X. de prescript. IACOB. SCHVLZ. ad MODEST. PIST. P. 4. qu. 142. n. 11.* Ratio specialis: Quod relatio Medicorum fundamentum sit sententiæ iudicis vel absolutoriæ, vel condemnatoriæ; cum ergo tanti præjudi-

judicii res sit, Medicis absque juramento non creditur, suspicione, quod in favorem partis de vulnere judicaverint, hoc casu locum non inveniēte.

IOHANN. BERNARDIN. MVSATELL. *Tr. de Cognit. Delict. Rubr. de Vuln. lethahb. n. 21. p. m. 242.* MASCARD. *de Prob. Concl. 1038. n. 34.* RVTGER. *de COMMISAR. supr. alleg. c. 15. n. 10. quos sequitur* STRYCK. *c. 2. d. Tr. n. 28.*

Hoc tamen, quod de Medicis diximus (nam 41
Chirurgos non nisi juratos audiendos esse, indistincte docet CLASSEN. proxime allegando loco, de quo tamen merito dubitamus, cum & ex horum ordine aliqui propter singularem experientiam & peritiam a Senatu Civitatis recipi & publico salario 42
prævio juramento ali soleant) limitat CLASSEN. *d. Comm. ad Art. 147. p. 934.* Nisi Medicus ille in quadam civitate fuerit Physicus ordinarius & in principio sui sibi demandati officii juramentum præstitit; quo casu illum in ferendo iudicio de vulneris qualitate non teneri jurare asserit: cui suffragatur GAIL. *O. III. n. 13.* MASCARD. *Concl. 1034. n. 34.* BRVNNEM. *in Process. inquisit. c. 7. n. 18. secutus* OLDEKOP. *Tit. 2. O. 7. n. 4.* ubi addit: Male proinde nonnullos Præcticos præcise urgere juramentum speciale in actu inspectionis, cum sciant, Medicos non facile id præstituros, & hac causa subvenire Clientibus suis anniti impie cum animarum suarum atque integrarum interdum Provinciarum damno. Conferatur CARPZ. *P. 1. qu. 26. n. 40.* ubi id in Præxi ita

xi ita observari docet & sequenti præjudicio confirmat: Daß uns vor allen Dingen Bescheid zugefer-
 44 tigt werde, wer bey der Besichtigung gewesen, auch ob die Barbierer, oder Bader (quo refutatur sententia Classenii de Chirurgis in præcedaneis allata) solche Stiche vor tödlich gehalten, welches er dann vermit-
 45 telt seines leiblichen Eydes, wofern er sonst zu seinen Amt nicht vereidet, auszusagen pflichtig &c. Ratio. Quia Sacramenti, ab initio officii demandati præstiti, tanta vis est, ut ad omnes actus se extendat. STRYCK. d. c. 2. n. 30. ubi num. sequenti idem etiam ad alios
 46 Medicinæ Doctores & Licentiatos extendit, qui in solenni promotionis actu juramentum præstiterunt, secutus RVTGER. RVLAND. *sapius alleg. loc. P. 1. L. 4. c. 15. n. 10.* quod Facultatis Viadrinæ Respon- sio confirmat: Quod concedimus, modo illud juramentum tam late conceptum sit, ut commode ad inquisitionis actum extendi possit.

47 In eo etiam lubentes subscribimus *Excellentiss.* STRYCKIO, d. c. 2. n. 32. quod hoc casu consultum foret, ut illi, qui ab initio jurarunt, in inspectionis actu illius sacramenti admonerentur, quod tunc temporis præstiterunt, quod ita in inspiciendo eo majorem curam ac sollicitudinem adhibeant.

Illud præterea hic prætereundum non est,
 48 quod, quamvis Imperator Carolus illo casu, quo ad inspectionis actum specialiter in civitate nec Medici, nec Chirurgi deputati & constituti sunt, velit, ut uter-

ut uterque ante actum inspectionis juret *per verba*
art. 147. Die dann zuvor dazu beeidiget werden; illud
 in praxi tamen non observetur, sed hodie perinde
 fit, sive ante inspectionis actum jurent Chirurghi, si-
 ve postea judicium suum sacramento confirmet,
 cum in effectu unum idemque sit. De qua Praxi
 Judicii Criminalis testatur *sapius cit. CLASSEN. ad*
art. 149. p. 644. Sed quodnam prestabunt Chirurghi jurare
jussi juramentum, num Veritatis, an saltem Credulitatis?
 Resp. Dn. STRYCK. in d. Tr. de Jur. sens. D. sp. 1. c.
 2. n. *propen.* distinguendo: An Chirurghi deponant de
 tali re, *que certo sciri possit & infallibiliter in sensus in-*
currat e. g. Si de loco vulneris deponant: Ut
 priori casu *de veritate;* posteriori vero saltem *de*
credulitate deponant, non quod reapse verum, sed
 quod sibi verum videatur. *Vid. Idem d. c. 2. n. 28.*
 BRUNNEMANN. *Proc. Inquis. c. 7. n. 18.* AMBROS.
c. 1. n. 21. Conferatur CLARUS L. 5. §. Homicidium n.
43. CARPZ. d. l. n. 39. BOERIUS Dec. 323. n. 234. FA-
RINAC. P. 5. qu. 127. n. 118. MYNSING. Cent. 6. Obs.
34. n. 11. seqq. Ratio: Quia Medicorum Judicium
 quandoque incertum & fallax est, cum sapius, qui
 ex illorum opinione salvari non posse existimantur,
 pristinae sanitati restituantur; Vnde natum illud
 tritum fermone proverbium: *Es ist besser, daß ei-*
nem der Medicus, als Jurist das Leben abspricht: Ne
 ergo in perjurium incidant, sufficit *Credulitatis* jura-
 mentum. Ob incertitudinem enim & periculosam
 experientiam lex non debet dare perjurii occasio-
 nem. *L. Ambiguitates 2. C. de indict. Viduit. inibique*

G

BRUN-



- 52 BRUNNEMANN. *vid.* CLASSEN. *ad art.* 149. *Vbi addit.* Ex illa incertitudine esse, quod sententia, juxta Chirurgorum judicium lata, non transeat in rem judicatam, nec excludat unquam probationem contrarii, sed semper retractari possit, ex meliori judicio & relatione Chirurgorum, qui ipsi tamen monente STRYCKIO, *cap. 3. n. 15. d. Tr.* errorem priorum Chirurgorum probare debent.
- 53 Quando enim Judex, (verba sunt *predicti* Stryckii,) imperiti Chirurghi, vel Medici Judicium sequitur, & postea ex judicio peritorum apparet contrarium, tunc revocatur factum a judice non aliter, ac si per falsa testimonia, instrumenta & allegationes factum fuisset. Et huc apprime facit textus ab *Excell. STRYCKIO d. l.* in hanc sententiam adductus *L. Divi Fratres 17. pr. ff. de jure Patronat.* ubi decisionem, ex peritorum arbitrio receptam, rejecere iterum Imperatores, postquam peritorum Jctorum sententiam perceperant. *vid.* GANDIN. *in Tit. de homicid. n. 29.* HIPPOCRATES *de MARSIL. ad L. fin. n. 66. ff. ad L. Corn. de sic. PETR. a PLACH. in Epit. Delict. L. 1. c. 13. n. 14.* CARPZ. *Jurispr. forens. P. 1. Const. Def. 5. & in Pr. Crim. qv. 26. n. 27.* ubi exemplum retractatæ sententiæ ex hoc Capite ex Scabinatu Lipsiensi refert.
- 55 jung. PARIS *de PUTEO Tr. de Syndic. in verbis: Tortura c. 6. n. 3. vers. Nam istud judicium & cadaver ob hanc rationem iterum exhumatum fuisse, testatur proxime alleg. HIPPOCRATES *de MARSIL. in Pr. Cr. §. ordine n. 3. versic. & scias.* Ne tamen in infinitum ex hoc capite sententiarum retractatio concedatur, ultra*

ultra duas vices eadem permitti non solet. PACI-
AN. *de Probat. d. c. 47. n. 89.* CARDIN. TUSCH. *Pract.*
Concl. Lit. P. Concl. 286. n. 35. quos sequitur DN. STRY-
CKIVS. *d. 4. n. 18.*

Hactenus de *Personis*, inspectioni vulnerum ex 56
prescripto articulo 149. adhibendis, jam gressus pro-
movendus est ad *Circumstantias*, quarum utique et-
iam habendam esse rationem diximus supra n. 7.
hujus capituli. Huc autem pertinet accuratissima
cadaveris inspectio CARPZ. *P. 1. qv. 26. n. 43.* STRY-
CKIVS *d. 1. n. 33.* quæ fundamentum est futuræ Chi-
rurgorum de vulnere relationis & consequenter
sententiæ Judicis, illius tenori conformandæ, vel ab-
solutoriæ ab ordinaria sicariorum poena, vel etiam
condemnatoriæ, ut hinc circumspecte oporteat Me-
dicos ac Chirugos occisi cadaver inspicere IOH.
BERNHARDIN. MUSCATELL. *Tr. de Cognit. delict.*
proxim. n. 17. seqq. & omnium vulnerum, ictuum,
omniumque aliorum symptomatum, quotquot ac-
cesserint, curatam considerationem instituere, quod
idem vult Imperator *per verb. art. 149.* Derselben tod-
ten Körper vor der Begräbnis mit Fleiß besichtigen,
und alle seine empfangene Wunden, Schläge, Auf-
würffe, wie der jedes funden und ermessen würde, mit
Fleiß merken. Vbi cautelæ loco probe observan- 57
dum est, quod docet *Magnific.* STRYCK. *sepius cit.*
loc. n. 34. Chirurgis scilicet ante sectionem occisi
cadaveris haud permittendum esse, stylo, vel instru-
mento quodam ferreo vulnerum profunditatem in-
quire,

quirere, cum ita vulnus dilatari, vel alia partes interiores stylo istiusmodi lædi possint; ubi addit præposteram Chirurgorum curiositatem & intempestivam festinationem recte quondam summopere vituperatam fuisse a Medicis, ad inspectionem alicujus cadaveris adhibitis, in quo antea Chirurgus instrumento ferreo inquisiverat, & secto cadavere diversa in pulmonibus reperta fuerant vulnera, adeo ut non constiterit, quodnam vulnus instrumento illo, quodnam vero gladio datum esset.

58 Illud hoc loco obiter monemus, verum esse, quod cæteroquin Doctores de stylo statuunt; Non sufficere ejus immisionem, ac solum per stylum factam explorationem, sed eam fallacem pariter ac suspectam esse. GOTHOFR. VVELSCH. *Tr. de rationali Vulner. lethali. judicio c. 5.* DII. EMERIC. MAURIT. *in Consil. Cbilonens. P. 2. Consil. 23. n. 4.* STRYCK. *d. h.*

59 Vt ergo hæc vulnerum inspectio legitime expediatur (1) requiritur *sectio*, qua sine interiora cadaveris inspicere non datur, nec judicare licet, an cor, hepar, pulmo, viscera, aut alia partes interiores læsæ
60 sint. (2) *Exacta vulnerum consideratio & qualitatum*
61 *aliorumque symptomatum examinatio accuratissima;* ubi expedit interdum, ut gladius, culter, vel aliud telum, quo vulnus inflictum dicitur, vulnere applicetur, aut inferatur, quo inde judici constare possit,
62 an tali instrumento vulnus datum sit, quod tunc
63 præsumitur, quando telum ad mensuram latitudinis

nis & longitudinis, nec non profunditatis vulneri
 quadrat. *Vid. CLASSEN. ad h. art. 149. p. 645. (3) Cer-* 64
ta assertio de vulneris lethalitate, aut non lethalitate: &
 denique (4) *Rationes* assertionis, ex quibus scilicet 65
 causis & rationibus credant Medici & Chirurgi, vul-
 nus lethale, aut non lethale esse? non redditis enim
 rationibus iudex de vulneris qualitate certus esse ne-
 quit: Cui accedit, quod, sicuti ne quidem testi ha-
 betur fides, sui dicti rationem reddere non valenti,
 cum sine ratione loquens non ut homo, sed ut pe- 66
 cus loqui videatur. *ALEXANDR. lib. 6. Consil. 150. n.*
18. SERAPHIN. de SERAPHINIS de privil. Jurament.
Priv. 33. n. III. FARINAC. quest. 70. c. 1. n. 9. & ex
ea ratione certitudo testimonii iudicetur. STRYCK.
sepius cit. Tr. in Proem n. 8. ita nec parili ex ratione
 Medico, sine ratione de vulneris qualitate deponen-
 ti, temere credendum sit. *Vid. CLASSEN. & FA-*
RINAC. sepius d. II.

Ultimo etiam *Temporis* habenda ratio est in ju- 67
 dicio, de vulneris qualitate ferendo: scilicet, ut in-
 spiciatur cadaver occisi *ante sepulturam*, per verba
 artic. *denselben todten Körper vor der Begräbnis mit* 68
Fleiß besichtigen, Ne, postquam corpus terræ man-
 datum est, de ejus lethalitate suboriatur dubium.
 Hinc si omiſſa inspectione cadaver fuerit sepultum,
 illud, nisi fortean nimis diu in terra jacuerit putre-
 dine corruptum, iterum effodi & a Chirurgis inspici
 debet. *CONRAD. in Pract. Tit. de Inquisitione n. 24.*

DAMHAUDER. *Pr. Crim. c. 75. n. 1.* quos sequitur
 CLASSEN. *ad h. art. p. 643.*

69 Diximus, si omiſſa inſpectione cadaver ſepul-
 tum fuerit, illud iterum effodiendum eſſe, quod
 ſine dubio procedit, ſi vulneratus poſt interſtitium
 aliquot dierum mortuus ſit, ut ex tractu temporis
 dubium movere poſſit vulnerans, poenam mortis
 hoc ſtratagemate callide evitaturus, an etiam vul-
 nus per ſe lethale fuerit.

70 Sed quid! ſi vulneratus *telo letifero in conti-*
nenti aufn Platz, oder auf friſcher That decedat, &
 71 cadaver ſine inſpectione terræ mandetur, an cada-
 ver ob neglectam inſpectionem effodi iterum, aut
 vulnerans ordinaria poena affici debet? Poſterius
 affirmat STRYCKIUS *d. l. c. 3. n. 33. ſeqq.* ſecutus au-
 thoritatem CARD. TUSCH. *in Pract. Concl. Lit. P.*
Concl. 286. n. 28. & IUSTI OLDENKOPP. *Decad. 1.*
quem allegat BRUNNEM. in Proceſſ. Inquiſit. c. 7. n. 20.


72 Ex his rationibus: Quod (1) inſpectio ideo ſaltem
 adhibeatur, ut conſtet, an ex vulnere quis mor-
 tuus ſit; jam autem præſumatur ipſum, qui in con-
 tinenti vulnere illato decedit, ex vulnere deceſſiſ-
 ſe, MENOCH. *de A. F. Q. 2. Caſ. 275. n. 2.* BOER. *Dec.*
323. Vnde & Carolus V. *in Conſt. Cr. art. 147.* in ſpecie
 de morte, non in continenti, ſed ex intervallo ſecuta,
 loquitur verbis: *ſo einer geſchlagen würde, und ſi*
ber etliche Zeit darnach ſtirbe, alſo, daß zweiffelhaft
wäre, ob er der geſchlagenen Streiche halber geſtorben
wäre,


väre, oder nicht, E. inspectione opus h. c. non sit: 74
 Qua enim Imperator in certum casum de necessitate requirit, ea in casu contrario necessaria non erunt. Cui non obstat, quod præfato casu saltem sit præsumtio, vulnus fuisse lethale. Ex præsumptionibus autem nemo ordinaria delicti poena puniendus sit. *L. fin. C. de Probat. art. 22. C. C. vid. supr. c. 3. n. 10.* Resp. enim est: Hoc verum esse, si nuda sit præsumptio, aliud vero, si præsumptio factò ipso exactè conspiret (2) quod adfuerit animus occidendi, qui tum ex armis lethiferis CARPZ. *Pr. Crim. P. 1. qv. 3. n. 25.* tum ex factò illicito abunde colligitur, & mors ipsa in continenti fuerit subsecuta, nec malo regimini vulnerati, quorsum tamen respicit Imperator, in art. 147. quicquam imputari possit, ut inspectio sit superflua, quam h. c. nec jus Divinum, nec Jus Civile, nec Jus Imperii novissimum requirit: quod & præjudiciis nonnullis Facultatis Viadrinæ prælaudatus STRYCKIUS *d. l.* confirmat; cui & nos subscribimus, indeque concludimus h. c. multo minus opus esse, ut cadaver effodiatur: probato enim, quod sine inquisitione vulnerans mortis damnari possit, simul liquet, nec effossione, tanquam inquisitionis præparatorio opus esse.

Coronidis loco disquiritur. *Annon licitum sit huic oculari inspectioni, utraque volente parte, tum vulnerante, quam vulnerati heredibus, renunciare?* Et Resp. Negando, Ratio: Quia hæc inspectio publica Imperii

perii lege requiritur, ut ita exacte de crimine constet, STRYCK. in *Tract. de jure Sensuum Disp. 1. n. 16.* Illis autem, quæ publici juris sunt & in publicam utilitatem recepta, privatorum pactis derogari nequit per *L. 7. §. 14. & L. Jus publicum 38. ff. de Pactis Vid. BRUNNEMANN. ad d. l. 38. de Pactis.* ubi hanc regulam variis exemplis illustrat & elegantissime limitat, ad quem Benevolum Lectorem remittimus, & hisce ita pro ingenii modulo & temporis ratione deductis, DEO, omnis boni PATRI, sempiternam gloriam nuncupantes; huic discursui Academico imponimus

F I N E M.





Rostock, Diss., 1683-88.

ULB Halle
004 165 25X


3



Sb.

VD17





B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

... G.
RIDICA

RITICIS

DRIIS,

Lagen,

ORVM 147. ET 149.
ORVM SIMVL PRA-
DLVTIONEM.

E
NE Klein
PRINC. MEGAP. CON-
CELLARIAE IVSTITIAE
DIRECTORE
STOCHIENSI

Kressschmar,

VA

KERIANIS.

24

M

1.

1687, 1

(71)

eli